

randa est ipsa corporalis mundities, ut cum debita reverentia ad tantum accedamus sacramentum.

XVIII. Quæst. IX. An sit peccatum mortale eodem die quod perpetua voluntaria pollutio, vel fornicatio est, etiamsi precedat confesso sacramentali, communicatio? Resp. Leander citat Navarrum, Covarruviam, Gabrielem, & alios, contententes peccare mortaliter eum qui statim post pollutionem voluntariam, aut fornicationem accedit ad Eucharistiam, quamvis contritus, & confessus sit. Communis sententia id negat: quoniam sententiam veram existimo absolute loquendo. Ceterum in praxi magna opus est prudentia. Disputant vero, num sit factum peccatum veniale. Negat Leander *disp. III. quæst. III.* & more suo contendit, hoc esse probabilis. Verum hanc maiorem probabilitatem reiectimus, ut manifestam falsitatem; eamque improbant vel ipsi graviores Probabilistæ, ut Lugo, qui tale opinionem vocat singulari, & falsam, & et talem damnant Patres omnes, & communis sensus.

XIX. Quæst. X. An licitum sit accedere ad Eucharistiam post conjugalem copulam? Resp. Leander *quæst. IV. & seqq.* plures opiniones falsas & laxas agglomerat. Contendit, nullam conjugatos committere culpam venialem, nullam irreverentiam, immo neque consulendam ut post habitam copulam abstinere a communione. Sed, misso hoc Auctore, laxitatis frequenter patrono, quid Scriptura, quid Patres dicant, explicandum est.

XX. S. Paulus I. Cor. VII. inquit: *Novite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* S. Petrus *Epist. I. cap. III.* monet, ita conjugatos cohabitare debere, ut non impediatur orationes vestras. S. Hieronymus in locum Pauli Apostoli hæc scribit: *Si per coitum, quod minus est impeditur, id est orare; quanto plus, quod minus est, id est corpus Christi prohibetur accipere? Petrus ad continentiam hortatur, ne impediatur orationes vestras.* Opponit sibi Doctor sanctus quæ Probabilistæ nonnulli obtrudere solent. *Dixim est, & non ferendum: quis hoc secularium sustinere potest? Qui potest sustinere, sustinet, qui non potest, ipse videtur. Nobis cura est, quid scripturæ præcipiat, aut velit, sed quid scripturæ præcipiat, dicere.* Ita respondet S. Hieronymus *Epist. I. advers. Iovinianum.* Similia docet S. Augustinus *serm. III. de temp. iniquis: Quærescumque aut dies natalis Domini, aut requies festivitatis adventum, aut plures dies,*

non solum ab infidelis concubinationum consortio, sed etiam a propriis uxoris abstinent, ab omni iracundia vos alienos efficit: peccata præterita per elemosinam redimantur. Concilium Elibetanum *can. III.* hæc habet: *Omnia homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus.* Quid ad hæc novi quidam Cassianus? Sed audiamus S. Thomam, qui rem hanc perspicue *III. Part. quæst. LXXX. artic. 2. ad 2.* exponit. *Dicendum, quod coitus conjugalis, si sit sine peccato (quia, si fiat causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit assumptionem huius Sacramenti, nisi sicut dicitur est de pollutione nocturna que accidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem: ratione cuius Hieronymus, dicit super Math. ... Si panes propositionis ab his qui uxores retigerant, comedi non poterant; quanto magis ille panis qui de calce descendit, non potest ab his qui conjugibus paulo ante habere complexibus, violari, atque contingi? non quod impetas condemnemus, sed quod ex tempore quo carnes agni manducaturum sumus, vacare carnalibus operibus non debeamus. Sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatem est intelligendum, Gregor. dicit, quod talis est suo iudicio relinquendus. Si vero non amor procedat, sed solus, sed voluptas dominatur in opere, ut ibidem Gregor. subdit, tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc sacramentum.*

XXI. Triæ ex doctrina S. Thomæ, & Patrum colligere licet. I. Congruum est ut a sacra communione abstinere coniuges qui nocte precedente communionem reddiderunt sibi debitum, sive alter eorum debitum duntaxat reddiderit, non autem petierit; alter vero petierit. II. Qui debitum duntaxat reddidit, potest sine culpa ad communionem accedere; immo communicare etiam potest qui petit solus proceadere causa peccati. Si autem explenda libidinis causa petierit, peccavit venialiter; & venialiter peccabit communicando, nisi aliqua necessitas urgeat. III. Uxor communicatura non exculatur a reddendo debito propter communionem, ad quam accessura est illo ipso die. Mutuo tamen coniuges sibi suadere debent abstinentiam. Ad hanc denique continentiam illos hortatur Catechismus Concilii Tridentini *Part. II. cap. IV. §. 58. Postulat tanti sacramenti dignitas, ut qui matrimonio iuncti sunt, aliquot dies a concubitu uxorum abstinere, Davidis exemplo admoniti, qui cum panes propositionis a sacerdote acceptum esset,*

purum se, & pueros suos ab uxorum consuetudine tres ipsos dies esse profellus est.

XXII. Heinc collige quam le laxa opinio P. Tamburini, qui *Lit. de math. com. cap. II. num. 5.* deceptam Patrum doctrinam reitit hæc argutatione. *Etiam qui causa voluptatis vespere ante communionem comedisset, peccaret venialiter immo accedendo ad Eucharistiam, & sic de similibus: quod non ad miritimum. Non distinguit benignus Probabilista inter voluptatem veneream, & voluptatē cibi; sed indiscriminatim ad communionem admittit fideles cum affectu ad venialitatem. Audi qui docet ibidem *cap. I. §. 4.* ad quem locum remittit lectorem. Vasquez, inquit, quem sequitur Ioannes Sanchez, docet, non esse ne veniale quidem, si quis comitantur accedat cum affectu actuali ad veniale, sive cum venialibus habitualiter, sine alia dispensatione de illis. Deinde refert contrariam sententiam Suarez, de Lugo, & sic concludit: *Uraque igitur sententia probabilitate non caret. Uraque completere tuto quam mavis. Ecce quomodo Probabilistæ pro univerfalem spernit Theologiam: ecce quam immenso nonnulli Probabilistæ nobis lucentes, & exandescunt; quoties hunc opinandi modum improbamus. Verum nos patienter tolerantiam illorum iras, ad improbando præfato modo abstinere nec passimus, nec tuta conscientia debemus. Quod Theologus seligat opinionem, sibi verisimilem, que mihi falsa videtur, libe id facere potest; at quod passim lecturibus porrigat opiniones contrarias, tanquam probabiles, ut frequentissime Tamburinus cum aliis non paucis præstat, omitti sine culpa nequit, quoniam admonentur lectores ut a tali methodo caveant, & inquirent diligenti studio quid Patres, quid Concilia, quid Scripturæ sanctæ doceant, missis eiusmodi Casuistis.**

XXIII. Quæst. XI. Quid dicendum de ornatu exteriori corporis, seu de vestibus mulierum, virorum, & sacerdotum? Resp. Extrema vitanda sunt circa corporis ornatum. Sordidus dedecet & irreverentiam redoler. Nemo accumbet honesto convivio velle maculis plena, & luculenta. Honella ergo mundities in vestibus, in vultu, in manibus elucere debet. Qui tulli laborat, aut qui ad vomitum stomachum inclinatam sentit, abstinere a communione debet. Si tamen prudenter vomitum proximum non timeat, communicare potest; licet per diem vomere soleat.

XXIV. Mulierum ornatu nitidus sit, & modestus. P. Thomas Tamburinus *loc. cit.*

*cap. II. §. 3. quærit, quid dicendum sit de mulieribus purpurata, cerata, & ceteris ornamentis? Et resolvit, sacrilegium committere mortale. De hoc nulla difficultas. Si vero fuerit, & alia ornamenta veniali tantum culpa afficiuntur, reponit: *Dic illud quod supra diximus de accedente ad communionem cum affectu ad peccatum veniale.* Laxa doctrina hæc recurrit. Nullam ergo culpam, neque venialem, committunt mulieres, accedentes ad communionem iucate, crispate, cincinnis ornate iuxta ritus patriæ, subdit ibi. Ritus non patriæ, sed ecclesiasticæ disciplina spectandus est in sacramento frequentia. Ad factum altare, & complere æreletem sponsum, desere possunt mulieres vanas illas pompas quibus in sacro baptisate renuntiant? Arcende omnino vota a sacra communione mulieres illa que sine nudato, & velibus vanis, luxum, saltum, & mundanum pompam præferentibus, ad tantum sacramentum accedere non erubescunt. Eiusmodi ambitiosus vanique apparatus illarum indignitatem patefacit. Illarum pulveres, odores, & nimis affectata ac ementita pulchritudo animalium factorem, & spurcitiem longius exhalant. Vel ipse Tamburinus peccatum veniale agnoscit, si non ex alio capite, saltem ex iactura temporis quod infamum ad se commendas; de quo scrie Poeta: *Diana comitatur, diem pectinat, annus est.* Sed non modo ob tempus male expensum, sed etiam ob vanitatem, luxum, saltumque peccat mulieres illæ: Ideo excludenda ab altari sunt.*

CAPUT XII.

De frequenti communione.

ELaplum iam sæculum est ex quo Theologi, duas in partes divisi, acriter disputare de frequenti communione ceperunt, tanto partium ardore, ut mutuis centuris, & quidem gravibus non pepererunt. Sopitam controversiam sulcavit opus editum Parisiis anno 1745, inscriptum *L'Esprit de Jesus Christ, & de l'Eglise sur la frequente communion.* Auctoris nomen illo: tum quod suppressum opus intelligo; tum ne de more clamitent, me perlonas, non fallas opiniones vellere: quom impolluntur sæpius labefacti. Plures Galliarum Episcopi opus istud sub examene revocant, & perdoctis episcopis paltoralibus illud a suis diocesiis proscriverunt. Decipit Aucter est, quod non differunt diposito.

sitionem, & virtutum ornatum, quo se præparare Christianus debet, ut eam fructu divinæ assidue mensa valeat, ab ipsa communionem esse sanctissimam, & ad eundem finem hortandos Christianos esse. At si formal Concilia, Patres, & Pontifices docent, virtutum exercitia præcedere hanc communionem debere, præsertim fidem vivam, caritatem ardentem, spem firmam, scientiam, precem, elemosinas, & quo frequentior est ad altare accessus, eo ferventior sint preces oportet, effusior caritas tum in Deum, tum in proximum, maior divitiarum, honorum, dignitatum contemptio, longior a mundi oblectamentis, & illecebris separatio, severior concupiscentiarum, & appetitionum confusio, atque propinquior cum Deo consuetudo. Hunc perventore videtur ordinem Auctor citari operis. Illius librum obtinere non potui, sed penes Auctores fide dignos hæc & gallica lingua latine reddita illum docere reperio pag. 360. *Et rego.* „ In iulle homo (inquit) queritur de salutis via difficultate. Non animadvertit, Redemptorem in frequentia communionem, quam ei proponit, remedium præbere salutis, non modo efficaciæ, & prævalendam ad viam quæ ad caelum ducit, præcurandam; verum etiam caeli periculum dulcedine, quæ hominem sanctificando plene felicem efficit. Rotunde dico, hoc esse medium facilis, & dulcis. Conferamus illud cum aliis que in Evangelio reperuntur. Quodnam ex his eliges? Numquid iuges preces? An ieiunia alivada? An remotam solitudinem? An honorum in pauperes distributionem? An infirmorum, & in carceribus detentorum visitationem? An virginalis puritatis præxim? Horum medium quodlibet amorem proprium irritat, sensus perterrefacit, & in desperationem comitit voluntatem debilem, qualis nostra est. At frequens communicatio via facilior te Christo coniungit. . . . Frequens communicatio abluere amaritudine corrigit defectus nostros, curat vulnera nostra sine dolore, purificat corda nostra sine violentia, sanctificat sine strepitu, & fere sine conflictu: ipsa nos seculum a nobis ipsius, quin convulsiones mortis inducat: ipsa nos separat a creaturis. Deoque sine angustia nos coniungit. . . .

II. Eo pertinere Auctoris istius benignitas videtur, ut fideles ad regnum caelorum ducatur per viam, non in spinis, & crucibus constitutam, non in spicis, alapis, contumeliis, &

amaritudinibus illitam; sed lacte, & melle fluentem, rosas, & floribus asperlam, & laetitiam convivis introductam. Christus autem tetatur, regnum caelorum viam parit, & violentos illud rapere: testatur, in hoc agone certandum, defendendam crucem, portandum iugum, quod lentus, carnis, & concupiscentiarum comprimit, & crucifigit: quod pollicetur anime Eucharistia dulcedine suaviter, & leve, sed lentibus & carni temper grave, & amarissimum est. Testatur denique, arctam esse viam, & angustam portam quæ ducit ad vitam. Præstat Auctor vellet, homines ab hac carnis confusione, ab hac sensuum amaritudine, ab hoc iugo, spinis, crucibus, ludibriis, angustis circumdato, subducere. Sed decipitur ille, & nolens decipit lectores suos, sensibus illorum prurit, & adulari; & dum pio desiderio, bonaque intentione per viam salutis illos ducere sibi blanditur, eos per latam & spatiosam, quæ ducit ad perditionem, reipia dirigit. Una est enim, & quidem arcta, & angusta salutis via. Hac patefacienda, in hac rediendum fideles sunt. Plura ex eodem Auctore transcribere possem. Sed argumentum ipsum perspicue enucleandum est.

III. Et principio id quod penes omnes certum est, declarandum. Ut quis licite, & non indigne, seu non sacrilege communicet, lat est ut sit gratia sanctificante ornat. Certum quoque est, hortandos, & pro viribus inducendos fideles esse ad frequentem communionem. Extra controversiam quoque est, laicos aliquos in Ecclesia Dei reperiri semper, quibus expediens sit quotidianam præbere communionem. Quis enim inficiari audeat, tum in sæculo, tum in tanta claustrorum multitudine aliquos reperiri studio christianæ perfectionis incensos, qui peccata venialia declinare diligenter solent, & virtutibus exercendis operam navant sedulam.

IV. Huc ergo disputatio recidit, utrum scilicet expediat cogulere, & præbere absolute Christianis omnibus gratia sanctificante præditis (de peccatoribus enim mortalium culpa inquinatis nullo est dispensatio) quotidianam communionem; licet aliam dispositionem non habeant præter ipsam statum gratiæ. Concilium Tridentinum *sess. xxxi. cap. vi.* hæc de quotidiana communionem habet. *Operaret quidem sacrosancta Synodus ut singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia præceptione communicarent; quoad eos sanctissimi huius Sacrificii fractus uberior*

pro-

proveniret. Utinam refloret aurea primi Christianissimi ætas, datumque esset hanc quotidianam participationem corporis Christi operare reipia, & suadere. Verum sacra Synodus, attenta Christianorum imbecillitate, ne operare quidem audeat; sed *operaret*, si fieri id moraliter posset, ut scilicet digna dispositione omnes accederent ad quotidianam communionem. Hortandum tamen, & in generali inculcandum ut omnes ita se præparent & disponant, ut digne quotidie communicare valeant. Quoniam heinc id assequemur, ut saltem plures frequentent, & aliqui quotidie communicent. His constitutis, sit

§. I.

Non expedit omnes fideles qui maiorem dispositionem non habent præter gratiam habituales, quotidie communicare.

UT conclusioni proposite demonstranda mihi viam parem, principio præmittenda de more sunt propositiones ab Ecclesia in hac materia damnate, & opinionibus, quas nonnulli mollioris Ethicæ fautores propagant, similes doctrinæ quam ex citato Auctore transcripsi.

II. Vener. Innocentius XI. hæc propositionem, quæ est 56. damnavit. *Frequens confessio, & communicatio etiam in his qui generaliter vivunt, est nota prædestinationis.*

Alexander VIII. sequentes duas damnavit. *22. Sacrilegi sunt indicantur qui ius ad communionem percipiendam præstant, antequam condignam de delictis suis poenitentiam agerint.*

23. *Similiter arceudi sunt a sacra communionem, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expertis. Vides proferta laxitatis, & severitatis extrema. Dux ultime immanem severitatem præstant, & repugnant Concilio Tridentino *sess. xlii. cap. vii.* ubi illos tantum sacrilegos declarat qui cum conscientia peccati mortalis ad sacramentum accedunt, ut futurum expulsum est. Thes. 22. eo errore nititur, quod nullus capax sit abolitionis sacramentalis, nisi prius debitam poenitentiam expleverit. Thes. 23. Baianissimum redoleat, & assinis est aliis propositionibus, præsertim 7. & 38. Thes. 56. damnata ab Innocentio XI. horrendam prodit laxitatem.*

III. Thomas Tamburinus *Lib. de meth. commun. cap. 1. §. 11.* paucis perstringit hæc controversiam, inquit: „ lam licere com-

„ munione quotidianam laico etiam uxora-
to: immo etiam vetare illi nec confessio-
„ rium, nec superiorem posse: quia eam
„ Christus Dominus omnibus qui peccati
„ mortalis sibi concessit non sunt, five cum
„ magno, five cum parvo devotiois actu
„ cta, liberaliter concessit: docet cum pau-
cis Ioannes Sanchez in *select. disp. xxxi.*
„ Negat cum multis Ioannes de Lugo. . . .
„ Nos breviter negantem lententiam ample-
„ ctimur. . . . Alirrans opinio illam a Con-
„ cessari obineat, ut fidelibus faciam com-
„ munione appetentibus, five etiam so-
„ lum poenitentibus, se se faciles in postero-
„ exhibeat. „ Prudens ne, & salubre moni-
„ tum illud? Ex hac profecto, quantum qui-
dem arbitror, facilitate plures sacrilege com-
„ munionem ortum docent. Sanctissimus Pon-
tifices Innocentius XI. ut, extremis laxita-
tis, & severitatis declinat, regulas certa,
„ & confessarius, & fidelibus præscribere
sequens edidit decretum, quod integram
transcribere opere pretium existimavi. Quod
obicit ex Indice Verbalis Noctium pag. 228.
etudem diligentiam patefacit: debuit enim
consulere locum in Indice designatum, ubi
hæc de re verba Tamburiani exacte transcri-
bantur.

D E C R E T U M

VEN. INNOCENTII XI.

De quotidiana communionem.

I. „ CUM ad aures sanctissimi D. N. fide
„ dignorum testimonio perveniret,
„ in quibusdam diocæbus vigere usum quo-
tidianæ communionis, etiam in feria festi-
ta Parasævis, & simul affirmari, eandem
„ quotidianam communionem præceptam esse
„ de iure divino; quin etiam in illis ad-
„ ministratio aliquos abusus in se involvit,
„ videlicet quod aliqui non in Ecclesia, sed
„ privatis Oratoriis, & domi, immo cum
„ bantes in lecto, & non laborantes ulla
„ gravi infirmitatis nota, sumant sacrosan-
ctam Eucharistiam, quam argentæ theca
„ inculam, in crumena, aut secreto illis de-
„ ferunt Sacerdotes fæculares, aut regula-
„ res, alique in communionem accipient plures
„ formas, ac particulas, vel gradiores
„ solito; ac tandem qui consecratur pecca-
„ ta venialia simplici Sacerdoti, non appro-
„ bato ab Episcopo aut Ordinario. Cum au-
„ tem hæc Sanctissimus consideranda commi-
„ serit S. Congregationi Cardinalium, Con-
„ cilia

cilii Tridentini interpretum, eadem S. Congregatio, pravia matura discussione super prædictis, unanimi sententia ita censuit. II. Eti frequens, quotidiana facrosanctæ Eucharistiæ usus a SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus; nunquam tamen aut sapius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus, aut hebdomadæ dies statuere, quod nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi huiusmodi infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: *Optaret quidem sacrosancta Synodus ut singulis Missis fideles adstantes sacramentali Eucharistiæ percipione communicarent.* Idque non immerito: multiplices enim sunt concientiarum recessus, varia ob negotia spiritus alienationes, multæ & contra gratiæ, & Dei dona parvulis concessa; que cum humanis oculis ferantur non possimus, nihil certe de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis eiu potest consisti. III. Et propterea, quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram altissimam percipiendam accessus, Confessarium, secreta cordis explorantium, iudicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentie fructu, & ad pietatem processu laicis negotiatoribus, & coniugatis, quod prospiciet eorum salutis profuturum, id illis præscribere debebunt. IV. In coniugatis autem hoc amplius animadvertent. Cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admonent, tanto magis ob sacrosanctissimæ Eucharistiæ reverentiam continentie vacandum, puriorque mente ad castellanum epularum communionem esse conveniendum. V. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti, aut quotidiana sacra communionis functione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet; illudque omnino provideat, ut nemo a sacro convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihilominus det operam ut uniusquisque dignæ pro devotionis, & præparationis modo, rariis, aut crebris dominici corporis suavitate degulet. VI. Idem Mortales, quondam sacram communionem petentes,

admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præfinitis communicent: si que vero puritate mentis emittent, & fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana sanctissimi sacramenti percipione videri possint; id illis a superioribus permittatur. VII. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quæ concionatorum uti, & cum eis consuetum haberi, ut cum fideles ad sanctissimi sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, statim de magna ad illud lumendum præparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos qui ad frequentiorum, aut quotidianam salutariferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, si ve laici negotiatores sint, si ve coniugati, si ve quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate sacramenti, ac divini iudicii formidinem discant caelestem mensam, in qua Christus est, revereri: & si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere, sequæ ad maiorem præparationem accingere. VIII. Episcopi autem, in quorum diocesibus viget huiusmodi devotio erga sanctissimum sacramentum, pro illa gratias Deo agent, eamque ipsi, adhibito prudentia, & iudicii temperamento, aere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maxime persuadebunt, nulli labori, aut diligentie parcendum, ut omnis irreverentia, & scandali suspicio in veri, & immaculati Augustini percipione tollatur, virtutisque ac dona in laimentibus augeantur. Quod ab aliis de contingit, si ii qui devoto humilissimo studio, divina præstante gratia, teneantur, sequæ sacratissimo pane frequentius refecti cupiunt, suas vires expendere, sequæ probare cum timore, & caritate affluere: quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in caelesti regno se premium est daturus, precatur sacra Congregationem & sumptionem largiatur. IX. Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii regardant adherentes communionem quotidianam esse de iure divino. X. Docent, in Ecclesia, seu Oratorii privati, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis lumendam sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deturendam in crumena, aut secreto ad exstantes domi, vel cubantes in lecto; quam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad

loca

loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publice, & cum pompa iuxta formam Ritualis Romani; si vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. XI. Curent etiam ut circa communionem in feria sexta Parasceve, Missis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur. XII. Insuper admonent, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed confectas. XIII. Non permittant ut venialium confessio fiat simpliciter Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. XIV. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes, seculi egerint, scient, Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque delataram rationem reddituros esse, neque delataram Episcoporum, & Ordinariorum iustam, & rigoratam animadversionem in contrarietate etiam Regularis, etiam Societatis lesivæ, facultate ipsi Episcopis, & Ordinariis pro hæc decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

XV. Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua approbavit, ac præsens decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum &c. Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Card. Columna Præs.

F. Archiep. Brancaeus Episc. Viterbiens. Sec.

Die 15. Mensis Februarii 1679. suprad. decretum affixum, & publicatum fuit per Urbem ad valvas Curia; & in acie Campi Flore, ut moris est, per me Egidium Felicem SS. D. N. PP. Curiosem. Pro D. Magistro Quirino Gregorio Scagius, Ap. Cur.

§. II.

Decretum Innocentii X. consuetudinem est Patrum traditum, quorum aliqua testimonia referuntur, seu regule pro vel frequenti, vel rariori communionem.

I. Celebris P. Vincentius Contensonius iusto calamo, & eruditione summa hanc verat controversiam, quem consulere, si plenioribus episcopis notitiam, poteris. Paucis ego rem perstringam. Mos quotidie communicandi suam ab Apostolis reperit originem, vigebarit tempore Cypriani, qui Lib. de orat. scribit: *Hunc autem panem dari nobis quodlibet postulamus.* Sancta hæc consuetudo obinebat etiam tempore Augustini, Hiero-

nymi, Ambrosii, qui tamen in orientali Ecclesia illam delisse narrat Lib. V. cap. ultim. de sacram. his verbis. *Si quotidianus est panis, quare post annum illum sonis, quemadmodum Græci facere consueverunt?* Semper Patres fideles rite dispositos hortati ad frequentem communionem sunt; tepidos vero, & languentes, ut se parent ad frequentiam; peccatores non continuo ac confessi erant, ad communionem admittebant.

II. Idem S. Ambrosius Lib. II. cap. ix. de panis. adveri. crudelitatem Novatianum, inquit: *Nonnulli ideo postulat penitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Et non tam se solvere cupiunt, quam Sacerdotem ligare: suam enim conscientiam non exsuant, Sacerdotis induunt.* Rufus in Psal. cxviii. luculentius idem perstruit. *In ipsa Ecclesia, ubi maxime misereri deest, teneri quam maxime forma iustitie debet, ne quis a communionis consortio abluatur brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus postibus communionem, quam plurimum debet postulare temporibus, facilitate Sacerdotis extorqueat. Nemo, cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim venie incenitum præbet delinquendi.*

III. S. Augustinus episc. cxviii. duorum qui sanctam vitam ducebant, contrarias sententias relet. *Neuter, inquit, exhoronatur corpus, & sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum honorare contendunt. Neque enim ligaverunt inter se, aut quicumque eorum se alteri proposuit, Zachæus, & ille Centurio: cum alter eorum gaudens in domum suam suscepit Dominum; alter dixerit: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ambo Salvatores honorificantes, diverso, & quasi contrariis modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ambo iusti, & terventes erant: sed alter per nimiam humilitate non audebat accedere; alter, misericordia Domini confusus, lætante suscepit Dominum in domum suam. Concludit vero Augustinus ibidem, præparandis die ad tantum sacramentum dignus accessit.*

IV. Sed audiamus S. Ioannem Chrysostomum, qui uberrima luce eloquentia in homil. xviii. in Epist. ad Heb. explicans celebre illud dictum, *Sancta sanctis*, inter Missarum solemniam inculcari solitum, hæc scribit. *Non potes dicere: Nesciebam, ignorabam hanc rem plurimæ esse periculi. Ne hoc possis uti prætextu, ea de causa magna voce, terribili clamore, tamquam præco, mentum talens*

lens in altum, stans extensus, & omnibus manifestus, & in tremendo illo silentio vehementer vociferans alios quidem vocat, alios vero arceat Sacerdos, non hoc manus factus, sed lingua clarior, & apertus quam manu. Nam vox illa, aures nostras incurvens, tamquam manu alios quidem repellit, & eicit; alios autem intraducit, & sistit. Nam quando dicit, Sancta sanctis, hoc dicit: si quis non est sanctus, non accedat. Non solum, inquit, a peccatis purus, sed etiam sanctus. Sanctum enim facit non solum liberatio a peccatis, sed etiam presentia spiritus, & bonorum operum abundantia. Non solum, inquit, volo vos a cano liberatos, sed albos esse, & speciosos. Nam si Rex Babylonis, iuxtae eligens ex copiose, eligi pulchros specie, & vultu decoros; multo magis eos qui adstant mensę, formosos esse oportet, mentisque pulchritudine preditos, auro fulgentes, pura mente amictos, regalibus calcetis indutos, formosam animam cultum, splendideque ornatum circumferentes, ac veritatis nona preacinctos. Qui talis est, accedat, & pocula tangat regia. Si quis autem panis obstitit, solidus, & squalidus, ad mensam regiam vellet ingredi, vide quanta parietur, cum non iusticiam quadragesima dies (id est sacrum Quadragesima tempus) ad abluenda que omni tempore sunt admissa delicta. Nam si non sufficit gehema, licet sit æterna, idcirco enim est æterna; multo minus hoc breve tempus. Non enim validam, sed imbecillam suscepimus poenitentiam. Integra Quadragesima vix tempore sufficiens Chrysolommo videbatur ad abluenda sordes ex peccatis post baptismum paratis contractas. Et nunc continuo ac peccata Sacerdotis auribus patefacta sunt, ad sacram mentam fit accessus? Plurima similia habet Chrysolomus hom. xxiv. in cap. x. I. ad Cor. & hom. III. in cap. I. ad Ephes.

V. S. Hieronymus exponens illud Zachariae cap. ix. Fumentum electorum, & vinum germinans virgines, hæc habet. Hunc panem itis comedendum qui in Christo robusti sunt, bibendamque hoc vinum ad his virginibus que sunt sancte & corpore, & spiritu, ut inebriata, atque gaudentes, sequantur Ecclesiam, & dicatur eis: Adducentur virgines post eam. Rursum in illud Psalm. lxxvii. Adhuc esca erant in ore ipsorum, hæc addicit. Hæc de his qui Deum post acceptum manna dereliquerunt. Nam & nunc in Ecclesia si quis carne, & sanguine Christi reficitur, & declinat ad vitia, noverit Dei iudicium imminere.

VI. S. Cælius fer. cxv. in app. Tom. V. S. Augustini. Muteo ergo vitam qui vult

accipere vitam. Nam si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam: & magis ex ipsa corrumpitur quam sanetur; magis occiditur quam vivificatur.

§. III.

Testimonia S. Thome, Bonaventurae, & aliorum Theologorum.

I. S. Thomas III. Part. quæst. lxxx. art. x. ex inlinito hæc veritatē contrariam, eamque resolvit hoc pacto. Dicendum, quod circa usum huius sacramenti duo possunt considerari. Unum quidem ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris: & ideo utile est quotidie ipsum sumere, ut homo quotidie eius fructum percipiat. Unde Ambros. dicit in Lib. IV. de sacramentis... Si, quotiescumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debet semper accipere; qui semper pecco, debet semper habere medicinam. Alio modo potest considerari ex parte sumantis, in quo requiritur ut cum magna devotione, & reverentia ad hoc sacramentum accedat. Et ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum inveniat, laudabile est quod quotidie sumat. Unde Augustinus cum dixisset, Accipe quotidie, ut quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius devotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel anime, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere; sed quotiescumque se ad illud homo invenierit preparatum. Unde in Lib. de eccles. dogmatibus... dicitur: Quotidie Eucharistia communionem accipere non laudo, nec vituperō.

II. Paucis improbat Doctor sanctus recentiorum Calvinistarum opinionem. Contendunt isti, ad quotidianam communionem sat esse carere peccato mortali; quamvis Christianus, tepidus, languens, & peccatorum venialium plenus sit, immo licet affectum ad venialia retineat. S. Thomas & contrario docet, ut cum magna devotione, & reverentia accedat. Hæc magna devotio pugnat cum affectu ad venialia. An animo reverentia, & ornata mensa regia digno accedit qui adhuc flagitiorum quo confectus est, fororant, & impuras exhalationes mortalitatis relabitur, qui frequenter in peccata mortalia relabitur, sic vivit, ut quotidie mereatur accipere? Qui vult, inquit Doctor Angelicus opus de sacram. altaris cap. xv. animam ad hoc ta-

cramentum preparare, primo debet per aquam lacrymarum mundari. Secundo per operam poenitentia torqueri. Tertio per fervorem amoris Dei a carnalium desideriorum honore scicari, Deinde in illud I. Cor. xi. lect. vii. Si nescitis quid sit sententia talis sententia, ut se indignum iudicat participatione corporis & sanguinis Domini; ut ad tempus per ecclesiasticam disciplinam a sacramento celestis panis separetur.

III. Contra hæc suam doctrinam loc. cit. ex III. Part. opponit sibi Angelicus num. 4. Iplum argumentum quod asserit pro consulenda quotidiana communionem recentiores lovent. Peccatum veniale non impedit hominem a sumptione huius sacramenti; sed nec etiam peccatum mortale post poenitentiam. Sed dato quod nocturna pollutio proveniret ex aliquo peccato precedenti siue crapula, siue turpium cogitationum, plerumque tale peccatum est veniale; & si sit mortale, potest contingere quod homo de mans poenitentia, & peccatum suum confiteatur. Ego videtur quod non debeat impediri a sumptione huius sacramenti. Nihil impediens opponit hostie qui quotidianam communionem indiscriminatim consulat. Respondet autem Angelicus: Ad quartum dicendum, quod licet recontritionem, & confessionem asseratur reatus culpe, non tamen aufertur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione secuta. Si sola immundities, ex involuntaria pollutione secuta, reputatur impedimentum congruum, cur fidelis abstineat a sacra mensa; quid, queso, dicendum de fornicatione, de adulterio, de ceteris gravissimis flagitiis que patrare solent nonnulli qui crastina die altaria frequentare audent, propterea quod per confessionem delata putantur? Sed peremptoriam decisionem audiamus, quam S. Doctor in IV. dist. XII. quæst. III. art. I. quæstione. II. tradidit. Si aliquis experimentaliter cognosceret, ex quotidiana sumptione fervorem amoris augeri, & reverentiam non minui, talis debet communicare quotidie. Si autem sentiret per quotidianam frequentationem reverentiam minui, & fervorem non multum augeri, talis debet interdum abstinere, ut cum maiori reverentia & devotione postmodum accederet. Nemo ergo in hæc causa inde melior quam tumetipie. Exortitur fervorem augeri, reverentiam & devotionem inflammari? Accede quotidie. Hæc est omnium Patrum doctrina. Hæc Ecclesie vota conspiciant. At si contra fervor repetat, langueat devotio, & passiones robustiores fiant; tum

abstine, ut fervorem accendas, devotionem augeas, & humilitatis, ac reverentia erga augustissimum sacramentum signa exhibeas. IV. Seraphicus Doctor Bonaventura de profectu Religiosorum cap. lxxvii. hæc scribit. Si aliquis desiderat experiri, utrum sit mellius, sepius, aut rarius corpus Christi suscipere sacramentum: videtur mihi quod non sufficit super hoc dari regula uniformis. Varia sunt hominum merita, & diversa operum studia, & differentia desideria, & multiplices spiritus sancti operationes in singulis, & diversi animi status in Religione. Et ideo licet non potest in agnoscantibus una forma servari in dandis medicinis corporis propter diversitatem complexionum, aut loci, aut temporis, aut diæta, aut aliarum considerationum, pro quibus aut rarius, aut sepius, aut maiori aut minori quantitate eadem medicina datur; ita & de medicina spirituali, que est corpus Christi, est intelligendum. Mundanis enim curis occupati rarius possunt se ad illud recipiendum expedire quam illi qui tantum spiritualibus studiis sunt intenti, & alii magis, alii minus sunt circumspiciti in custodia vite sue, & morum, & conscientie vite puritatis. Alii etiam ardentiori desiderio rebaruntur ad illud salutaris cibi percipiendum. Alii vero quodammodo terrentur, cum debent accedere: & nisi conscientia urgeret, & consuetudo Religionis induceret, vel timor maioris elongationis a Deo impelleret, valde raro accederent ad illud mirificum sacramentum. Vix tamen aliquis ita religiosus esse videtur, & sanctus, exceptis Sacerdotibus, quoniam sepe in septimana sufficit ei ex consuetudine communicare; nisi specialiter causis quandoque, vel ratio plus suadeat, infirmitas supervenient, vel singularis sepius sollemniter, vel iustitate devotionis fervor, & intemperata desiderii fuit sit pro illius susceptione, quod solum sufficit amantis anime ardorem refrigerare. Et quia talis ardoris impetus non nisi a Spiritu sancto, ut creditur, infunditur; ideo legibus humane consuetudinis, & statutus mortalium non arctatur.

V. S. Franciscus Salesius II. Part. introduct. cap. xx. hæc habet. Quotidie Eucharistiam percipere nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis communicandum suadet; si tamen mens sine peccandi affectu laudat... sine ergo, quando poterit, faciat. Cum enim te ab omni tuo mortali, tum venialibus peccati studio, ac voluntate existimam alienam, eam plane quam requirit Augustinus, animi affectionem, & preparationem ex adcepta... Ut quis octavo quoque die Eucharistia perceptionem percipiat, ab omni em-

mortalis peccati labe, ubi omni peccatorum venialium studio, ac voluntate immuno esse, ac propterea sacre Eucharistie vehementer desiderio flagitare oportet. Hæc doctrina S. Francisci Salelli, quemadmodum & anteriorum Patrum, directe contraria est commentis adversariorum, qui solum statum gratiæ requirunt.

VI. Celebris Magister Avila, non minus doctrina, quam sanctitate insignis, epist. lxx. hæc scribit. Multum errat qui solum communionis cupiditatem a consuetudine peius, quam a ratione veriore natam, pro idonea ad Eucharistiam preparatione habent. Quod si præterea, dum Christi corpus accipiunt, lacrymans exillent, magnopere se profecisse arbitrantur. Verum eo salutarior, quod communionis fructum, quem nullum capiunt, non satis attendunt; neque intelligunt, unicum probe communionis signum, anime profectum esse, atque ad pietatem progressionem: quam si assequantur, recte ad Eucharistiam sæpius recurrant; sin minus, ab ea debent abcedere.

VII. Missis plurimis aliorum Theologorum testimonis, pauca adicienda sunt ex decreto Innocentiano supra scripto. In eodem num. 2. decernitur, statum gratiæ absolute non sufficere ad quotidianam communionem: & cum nihil certi super hoc statui possit, ad Pastorum vigilantiam, & prudentiam id relinquitur, ut illi reolvant quid singulis permitendum. His solis clausula labefactur Casuistarum advertentiam opinio de admitendis omnibus gratia sanctificante præditis ad quotidianam communionem. Quid quod num. 4. Mortalibus dimittat quæ ferventiore caritate adactæ, viginti quæ ardore incalcescent, frequentior, aut quotidiana communio concedi posse dicitur? Et num. 6. minus paratos atque dispositos, licet in statu gratiæ præsumantur, monendos a Concionatoribus esse ut abstinant a sacra mensa, inculcatur; simulque ut eis dignam preparationem fideant, additur. Influendos quoque coniugatos decemum afferit in doctrina Sancti Apostoli Pauli, qui si, ut orationi fides vacent, abstinendum a maritali consortio hortatur; tanto magis ob sacratissime Eucharistie reverentiam continentie vacandum, priorique mente ad celestium epularum communionem esse conveniendum. Et ne singulos numeros illius decreti expendam, quilibet colligere potest, quo maiorem requiri devotionis fervorem, & preparationis excellentiorem laudatam; quo frequentior est participatio sacratissimi Christi corporis. Ecclesiæ ergo decreto, & universæ Patrum traditioni contradicere mol-

VII. Ludovicus Granatensis, qui vitam

Magistri Avile scriptis consignavit, cura Eminentissimi Cardinalis Aunibaldi Albani Romæ typis editam, regulas tradit frequentandæ communionis saluberrimas. Si quidem conc. 2. in fest. corp. Christi scribit. Fratres, nemo credat, ne ita ad frequentiore huius sacramenti assumptionem hortari, ut non etiam illos perterrefaciendos putem quod ad illud minus pie, & religiose accedunt, seu illi sacerdotes sint, sive non sint. Video enim esse nonnullos qui partim ex præscripta legum suarum necessitate, partim ex sola consuetudine... ad illud frequenter accedunt. Ut quidam ergo excitandi sunt, ne immo dico timore correpti ab hac mensa recedant; ita alii perterrefaciendi, ne indigne accedant. Utroque igitur hortamur ut casto & puro corde, ut nuptiali caritatis veste induti, ut reverentia timidi, devotione alacres, caritate ferventes, contritionis affectu humiles, postis oculis, & dissidatis, vultibus Domini corpus accipiant.

VIII. Missis plurimis aliorum Theologorum testimonis, pauca adicienda sunt ex decreto Innocentiano supra scripto. In eodem num. 2. decernitur, statum gratiæ absolute non sufficere ad quotidianam communionem: & cum nihil certi super hoc statui possit, ad Pastorum vigilantiam, & prudentiam id relinquitur, ut illi reolvant quid singulis permitendum. His solis clausula labefactur Casuistarum advertentiam opinio de admitendis omnibus gratia sanctificante præditis ad quotidianam communionem. Quid quod num. 4. Mortalibus dimittat quæ ferventiore caritate adactæ, viginti quæ ardore incalcescent, frequentior, aut quotidiana communio concedi posse dicitur? Et num. 6. minus paratos atque dispositos, licet in statu gratiæ præsumantur, monendos a Concionatoribus esse ut abstinant a sacra mensa, inculcatur; simulque ut eis dignam preparationem fideant, additur. Influendos quoque coniugatos decemum afferit in doctrina Sancti Apostoli Pauli, qui si, ut orationi fides vacent, abstinendum a maritali consortio hortatur; tanto magis ob sacratissime Eucharistie reverentiam continentie vacandum, priorique mente ad celestium epularum communionem esse conveniendum. Et ne singulos numeros illius decreti expendam, quilibet colligere potest, quo maiorem requiri devotionis fervorem, & preparationis excellentiorem laudatam; quo frequentior est participatio sacratissimi Christi corporis. Ecclesiæ ergo decreto, & universæ Patrum traditioni contradicere mol-

mollioris Ethices patroni illi qui indiscriminatim ad quotidianam communionem admittendos gratia divina ornatos contendunt, abique alia peculiari preparatione.

§. IV.

Nonnulla adversariorum obiectiuncule diluantur. Imposuimus P. Nicolai Ghezzi exploditur.

I. Obiicit 1. Emulanda pro viribus est primitivæ Ecclesiæ disciplina, & sanctorum Patrum doctrina. Argui in primitivæ Ecclesiæ obinebat quotidiana communio consuetudo sancta; & SS. Patres uno ore hortantur fideles ad quotidianam corporis Christi participationem. Saluberrimum ergo consilium est omnes Christianos divina gratia præditos hortari ad quotidianam communionem.

II. Resp. Mirifici sunt Casuistarum nonnulli qui hæc opponere non dubitant, quæ postitum illorum principia noviter inventa, & pecculatore opinandi modum panitus labefactant. Si emulanda est quotidiana communio frequentia, quæ præcis sæculis obinebat, cur imitanda non est ieiuniorum, penarum, ciliciorum, elemosinarum, precationum, & aliorum christianæ penitentiae operum disciplina, quæ in primitivæ Ecclesiæ exacte vigeat? Cur tanto studio quotidianam communionem inculcant primitivæ Ecclesiæ exemplo benigni Casuistæ, & tam alto silentio obvolvunt primitivæ Ecclesiæ preparationem, quæ fideles se disponebant ad divinam illam cibum suscipiendam? Cur Patrum doctrinam de frequenti communione magni faciunt: & Patrum doctrinam de penitentia, de devotione, & fervore quo accedendum ad sacram mensam est, penitus ignorent? Quia forte penitentia, & cetera opera laboriosa, a sacris canonibus præscripta, nimium affligunt animum proprium, nimium cruciant concupiscentiam, nimium perterrefaciunt sensus humanos, & in desperationem derudunt imbecilem voluntatem; e contrario cibum eucharisticum delinit vulnera nostra, non exasperat, sensus demulcet, non crucifigit, voluntatem inflammant abique amaritudine, animam dealbat sine mœlertia. Ita ne vero? Expediet ergo quotidiana communio, quin crucifigatur caro, quin coerecentur sensus, quin propriis amor, quo mundi oblectamenta profequimur, opprimatur? Qui talia doceret, doctrinam invehret antiævangelicam. Pa-

tres omnes, & Theologi frequentem & quotidianam communionem suadent, inculcant, commendant; dummodo fideles sese ad illam digne suscipiendam disponant, mores suos ad evangelicæ legis amullum reformando; dummodo virtutes christianas exerceant pro statum & conditionam diversitate. Præterea, an adversarii evidentem ostendunt, primis Ecclesiæ sæculis, amplificata per orbem religione, omnes fideles quotidie Sacramentali? An evincunt, quomodo diebus, & solamibus festis tantum; quemadmodum apud Græcos non adhuc obtinet? Verum admittatur, aurea illa etate omnes, non alicubi tantum, sed ubique quotidie communicasse. Quid inde? Optaret Synodus Tridentina, ut omnes fideles Missæ assistentes sacramentalem communionem suscipiant. Optaret, inquam! Sed respectu omnium fidelium res adeo difficilis est, ut ne optare quidem reipia valeat. Præter ergo ad frequentem communionem hortabantur fideles, ut sanctam vitam ducerent, ut perseverantes essent in bonorum operum exercitio. Quoniam frequentem communionem illis tantum concedebat quos devotos, & ferventes deprehendebat. Qui frequentem communionem inculcant, & decipiunt; atque paradoxa invehunt universæ antiquitati inaudita. Quid, si referre hunc vellem documenta luculentissima quibus exploratum habemus, adulteros, fornicatores & ceteros flagitiosos, non publicos modo, verum etiam occultos, excludos a sacra mensa fuisse, neque ad illam admittos, donec certa penitentia signa desissent?

III. Obiicit 2. Patres, & Concilia diligere communicandum non aliud postulant exemptionem a peccato mortali; & hæc dispositionem satis esse adfirmant. Præterea Deus elementissimam dispositionem non suffulrat quæ infirmitatem humanam superet. Ergo non amplius exigit quam exemptionem a peccato mortali. Resp. Iam supra distinximus duplex dispositionem genus. Aliud, quod dici solet removens prohibens; quale est peccatorum mortale, a quo purgari primum omnium anima debet. Aliud, quod dicitur positive, frum in actuali devotione, & fervore. Hæc duo separant adversarii, & pro frequenti communione non aliud postulant, nisi negativum, seu subtractionem obstaculi, ne fiat manifestum sacrilegium. Verum Patres omnes, & Theologi positivam dispositionem requirunt ad digne communionem percipiendam. Et iuxta maiorem aut minore

rem gradum devotionis & fervoris, rarior aut frequentior consulenda communio est. Dispositionem supra humanam infinitatem Deus non requirit: quia ipse gratiam impertit, ne supra id quod possumus, tentemur. Ipse divinitus misericordie fide effundit super nos, quibus & fervorem accendere, & devotionem agere possumus, si bene illis uti velimus. Si tepidi, si languidi, si irreverentes, & indevoti, si indigni sumus frequenti communione, ex nostra malitia id proficitur, non ex eo quod Deus dispositionem posset. Vires nostras, sua gratia adiutas, excedunt.

V. Obiiciunt 3. Hoc sacramentum infirmis non per modum alimentum; & vocatur panis quotidianus; ergo quemadmodum ex panem corporalem quotidie sumere, panem omnem fideles hunc caelestem panem quotidie percipere. Resp. Si paritas consisteret, consequeretur pluries in diem sumi posse panem hunc divinum, quomodo pluries in diem sumitur panis communis. Quotidianus est panis iste caelestis, quia quotidie omnibus aptis ad illum percipiendum paratus est. Ad illud expendendum est, quod sint apti & dispositi ad hanc quotidianam sumptionem digne percipiendam. Illi autem, ut experientia docet, pauci sunt. Idcirco quotidiana communio omnibus indiscriminata consulenda, ut adversarii contendunt, non est; sed pro dispositionem diversitate rarius, aut frequentius iuxta prudentis & probi ministri iudicium percipi debet.

V. Obiiciunt 4. Auctor operis *Spiritus Christi* & *Eclesiæ* etc. pag. 335. & seq. Ieiunia, cilicia, & similia non sunt nisi exterior cortex penitentiae. Frequens communio est perfecta penitentia. Et pag. 424. communio est planam communionem esse medium efficac quo peccatores suos corrigant defectus, seque disponant ad illam percipiendam. Quam doctrinam passim reperit, & est veluti principium, quod per totum opus frequenter recurrit. Idque confirmat pag. 352. exemplo Arcæ, a Philistinis in templo Dagon collocatae; quod exemplum adduci in horrorem sacrilegae communionis ab aliis solet. Auctor vero ille sic arguitur. Si umbra Eucharistiae, Arcæ nempe foederis, in templo Dagon constituta, tam potens fuit, quanto potentior erit Christus in Eucharistia praesens, si frequenter hoc sacramentum percipitur? Continuo ac cor occupabit, et throno deturbabit amorem proprium, eiusque destruet imperium.

VI. Amor proprius ergo idolum Dagon est, quod cor occupat communicantis, quod thronum implet, & moderatur imperium a Christo destruendum? Cupiditas igitur, five quilibet alia appetitio quae dominatur in corde illius qui communionem suscepit est, non est communioni obstaculum, & impedimentum? Si hoc intelligit Auctor, turpiter errat. Quoniam nullus appetitus dominans & imperium exercens in anima, componi cum stato gratiae potest. Et tamen hoc recidit Auctoris doctrina videtur. Nam, libid. pag. 495. loco penitentiae imponi frequens communio potest: quoniam iuxta Concilia frequens communio efficacius, & compendiosius medium est conversionis, & sanctificationis, frenum potentius adversus vitia, & pravorum habitus. Si communio medium est conversionis; licet ergo sibi communicare, antequam convertatur. Immo, si medium istud validius & brevius ceteris omnibus est, Confessarius, postquam expertus est frustranea omnia media pro conversione peccatoris obdurati in vitis, poterit illam sacra communione reficere, ut breviori & potentiori remedio eundem in Deum convertat.

Tam horrenda ablutura, quae necessario doctrinam recentiam consequi videntur, Auctor ipse detestabitur. Hallucinatus ille est, ut alias dixi, quod genera & ordines diversos in unum confundat; velutque sola communione eximere fideles ab aliarum virtutum laboriosis exercitiis. Omnes latentur, panem hunc divinum cor nostrum confirmare, incutere vires, roborare animam, augere gratiam, venia deiere, & alios mirabiles effectus quos supra recensui, inducere. Quid heinc? Propterea ne fideles liberi sunt ab exercitiis aliarum virtutum, quibus ad hoc sacramentum preparantur? Propterea ne subducere te debent a mundi oblectamentis theatris, comedis, ludis, conviviis ergo lautioribus? Propterea ne praemittere non debent & preces ferventes, & elemosinas proprio statui congruas, & ieiunia viribus accommodata, & ceterarum appetitionum compressionem? Auctor scribit pag. 258. communicantes a sacra mensa *redire veluti leones robustissimos, universo inferno formidandos*. Depopulantur ergo *leones* & *leonilla* ista omnia inferni simulacra. Rugient leones ille contra theatra, & spectacula; leones evitent, luxum, saltum, ambitionem, pompas vanas, & cetera insanitatis mundi praestigia destruent leones eiusmodi, & devorabunt. Sed leones isti, & leonilla non adeo frequenter videntur. Ipsi Auctoris doctrina eius-

eiusdem aberrationes refellantur. Reipia aequalissimum sacramentum diu susceptum indicatur, & plures alios ineffabiles effectus parit. Ergo efficit communicantes plus minuse contemptores mollioris vitae, divitiarum, vanitatum, ambitionis: eos efficit temperantes, sobrios, modestos, pudicos, devotos, ferventes in oratione, constantes in periculis, patientes in adversis, in prosperis humiles. Cedo: qui frequenter accedunt ad sacramentum, sunt, aut non sunt huiusmodi? Si secundum; ergo ex sacra mensa non redunt ut leones, inferno, & mundano terribiles. Si primum; ergo reipia qui frequenter communicant, praeter exemptionem a peccato mortali, & statum gratiae, secum adferunt ceterarum virtutum apparatus. Ne multa. Christianarum virtutum exercitia preparant animam ad dignam Eucharistiae susceptionem: & digna Eucharistiae susceptione animam ad perfectiorem, sanctioremque virtutum exercitiam, in quo sibi manus, ut ita loquar, porrigunt, & reciproco federe sese mununt. Devota & fervens dispositio aptiorem animam reddit ad uberiorem Eucharistiae fructus percipiendos. Et quo maiores anima fructus in communione recipit, eo ferventiori devotione le in dies disponit ad frequentiore communionem. Haec cognosci nisi experientie beneficio nequeunt. Ergo doctrina adversariorum, quae absolute desinunt, ad frequentem communionem non requiri nisi exemptionem a peccato mortali, falsa & perniciosa est.

VII. Obiiciunt 5. Fideles, praesertim nobiles, ad frequentandam communionem, & sacramenta alliciendi sunt; quamvis frequenter relabuntur, suasque reciprocas viros, & mulierum amicitias abruptum nolit; neque vale dicere vitae molliori, ludis, comedis, choreis, & ceteris quae hac tempestate obtinent, oblectamentis, & comertis velint. Cur ergo admittendi ad sacramenta illi sunt, & ista? Quia elapsa florida juventute, & virili aetate, cum ad senium declinaverint, tum frequentia sacramentorum suum pariet fructum. Consuetudo quippe quae obtinuit in inventore & virilitate frequentandi sacramenta, efficit ut, declinate aetate, sacramenta digne sancteque percipiuntur. E contrario, si florente aetate creverint a sacramentis, habenas laxarent; & fractis aggeribus, totos se vitis impugnant, & in desperationem prolaberentur; templa deserta, & confessionalia vacua fierent. Minus ergo malum eligentur.

Conc. Theol. Tom. VIII.

dum, ad confessionem amittendi; impartienda absolutio, reficiendi alimento caelestium.

VIII. Obiectionem hanc scriptis consignatam non legi, sed a Confessoribus ipsis, & ab eorumdem penitentibus nonnumquam audivi. Fidem praebere prima vice poteram; sed tot confirmationes accesserunt, ut de facti veritate ambigere nullo modo poterim. Consilium illud erroneum est; atque perniciosissimum; praxis illi sacrilega, quae Christi sacramenta profanat, & scandalosa horrenda inducit. Utinam quae narravi, comprobata experimento in mundi conspectu non appareret. Sacrilegis ergo communionibus demulcendi nobiles Christiani, & Christiane ipsi? Permittendum, ut suis illecebris indulgant, & interim conscientiarum acies aliquantulum retundendi, placidati remorsus, tranquillandi animi sacramentorum frequentia, ut abique mediocritate, & amaritudine suis tunc delicis vestiant? Praxis isthae scelerata sceleribus accumulata, flagitii horrorem addit, ad continuanda crimina animos adicit, ad oblationem, caecitatem, & impietatem tandem viam parat. *O miseri* (clamat S. Thomas Villanovanus) *animarum non curatores, sed interfectores, non consultores, sed deceptores! Quid respondebitis Domino pro grege, quem vestris blanditiis deceptis, vestris consiliis ingulcistis? Praxis isthae non responsum, sed detestandum postulat. An non cuique lumine naturali praedito insitum illud est, Sancta sanctis? Reponunt, sacramenta semper aliquid operari. Verum habet. In sanctis sanctitatem: in iniquis condemnationem tremendam operantur: qui enim iniquum manducant, & bibunt, iudicium sibi insudant, teste Apostolo Paulo.*

IX. Impolturnam P. Nicolai Ghezzius effationis, me dissuadere fidelibus sanctissimae communionis frequentiam, ob oculos prudentum exponere cogor. Haec itaque scribit *epist. vi. pag. 140. P. Ghezzius. Or, riveri* *ssilimo Padre, a che mira tutto ciò, se non a quello scopo medesimo, a cui mira il famoso libro della frequente comunione, cioè a distorre a tutto potere i fedeli dall'accollarsi forte a quelli prontissimi mezzi di lor salute? L'Arnaldo anch' egli in quel suo libro non mai espressamente dissuadeva questa frequentia; ma quel suo tenersi a non dir mai parola, che v'inviti positivamente i fedeli, e tante dirne, che gli ritraggono, & battano per farla giudicare un libro perniciosissimo. Or*

„ove è mai che in que' due Tomi della Storia, o in quello Etama dicasi pur una sillaba per animar i fedeli a valesi sovventi di quel gran mezzo? Laddove quanto vale a ritrarceli il leggere quanto to solenne accensarsi, e a metter loro, in creta che sia, in diffidenza, le non anche in errore che sia, in zelanti Direttori, che a tornare per te il consiliano? Troppi mi è male di dover rimproverarle cose tali, e di trovare ad ogni passo nuovi ritcontri di lei, e Scrittori che ella avrebbe dovuto studiare un po' meno, e meno ancora imitare. “ Haftenus P. Nicolaus Ghezzius.

X. Quinam sunt libri illi a quibus ego abstinere debebam? Sua Reverentia, ut olim dum puerorum magistrum agebat, ait nunc nobis cum pueris libros legendos, ad recitandos prescribit. Libri quos ego studeo, P. Nicolaus Ghezzi, sunt Scripturae sanctae, Patres, Concilia, Angelici Doctores, & graviorum Theologorum volumina. Haereticorum opera revolvo, ut aliorum haereticos refellam. Casuistarum plurimam libros sub examine induco, ut laxitatis paradoxa labefactare valeam. Duo mei Tomi *Historia Probabilissimi & Rigorismi* in id unice incumbunt, ut impedimenta removeant quae frequentiam communionis indignos fideles reddunt. Qua fronte P. Ghezzius scribilitare audeat me fideles a frequenti communiōne retardare? Adversus sacrilegiorum frequentiam vocis fonitum ego extollo. Matronas illas, & matronulas quae hinc cum amafis suis dababant in circo, asidebant in theatris, tempus lababant in ludis, in impudicis colloquiis, quae luxum, fastum, & pompas pagonicas triumphandae in publicum deferunt: & hodie a Confessariis aliquibus abolvuntur, comminuantur, sanctificantur, quin remouent ambrosiani, vanitati, obsecrandi amicitias: has, inquam, amafas, & amafas frequentiam communionis indignos dixi, donec, mundanos corruptelae eiaratis, Christi Evangelium servare velint. Contra; fideles qui mores suos conformare ad Christi IESU splendidissimum exemplar pro humana imbecillitate student, ad frequentem communionem suadeo, exhortor, urgeo. Iure latetur P. Ghezzi se conscientiae aculeatos mortis experiri (*propo mi fa male di dover rimproverare tali cose*) dum tam immanem impolutorum mihi impingere non erubescit, quod nempe pios fideles retrahere ego a frequenti communiōne perentem, quod erroneae doctrinae Auctores mihi imitandos proponam: Quid mihi librorum

Arnaldi de frequenti communiōne obtrudit. P. Nicolaus? Arnaldi errores execror, & data occasione refello. Illius, sicut & aliorum, inobedientiam pontificis consubstantionibus quae errores contra dogmata divinae gratiae & humanae libertatis, quae Seniles & Malabaricos cultus superstitiosos, quae captiua commenta, quae factus mamillares, quae fenora, quae libellos famulos damnant, sinceris corde detestor.

XI. Unum arcanum referendum postulo a P. Ghezzi mihi improperante quod in *Historia Probabilissimi & Rigorismi* non fuerim fideles ad frequentem communionem adhortatus. Arcanum est. Mollioris Ethices patroni non pauci, qui frequentiam loudent sacramentorum, a libertatis, & maximo mandato frequentem eliciendi adus caritatis fideles liberant. Alii docent, hoc mandatum urgere per accidens in mortis articulo, secus in vita deorsum, alii tantum impius quinquennis; alii singulis benais ad illud implendum Christianos obligant. Quaro. Magis ne stringit praeceptum divinum communionis, quam praeceptum divinum caritatis? Praeterea, nonne sacramentum Eucharistiae singulariter amoris sacramentum est? Rursus. Cur Benigoitae illi qui frequentiam in teicant Eucharistiae, praecepta penitentiae, ieiuniorum, & aliarum virtutum, quae carnem assilunt, legulas coercent, & mundi illecebras prohibent, vanis commentis delinire, & extequare canantur? Nonne co tendit sanctissime communio fias, ut fideles conformes efficiat imagini Filii Dei? An Iesu Christo similes illi sunt qui theatra, & altaria, qui comedias, & Ecclesias, qui Eucharistiam, & crapulam, qui Confessarios, & amafas frequentant? Si iudicandi hodie nati fideles sunt ut primos Christianos, namquid quantanda Eucharistia imitentur; namquid laxis opinioneis benignitatis suo delibatis liberandi sunt a debito amulandi coramdem penitentiam, mortificationem, modestiam, humilitatem, pompam, luxum, & fastum contempionem? Hoc arcanum pandendum requiro a P. Nicolao Ghezzi.

§. V.

Sacrilegiorum communionum causae invidis argumentis manifestantur.

PREdicantur opinionēs, quae Christianorum, & quorundam etiam Minorum mentes occupant, causae sunt innumerabiles sacrilegiorum. Pauci ut inae-

qui scienter cum conscientia peccati mortalibus ad Eucharistiam accedere velint. Poellae aliquae ob insitam verocundiam occultare quando flagitia solent. Ad decoris laqueo ingulatae. Verum & ex istis paucae sunt; cum hodie effrenata procandi, peccandi, & bacchandi libertas adeo impudenter puellat, ut non dedecor, sed honori flagitia vertantur. Exceptis itaque paucissimis maliculis, aut hypocritis, communitur fideles sua Confessariis seclera pandunt, de eisdem delatari praesertim, & absolutionem obtinent.

II. Porro tria diligentiā sunt peccatorum genera. Alterum tum a penitentibus, tum a Confessariis cognitum, tanquam evidentem flagitiosum. Alterum flagitiosum quidem repleta, sed tum a Confessariis, tum a penitentibus sub velo honestatis conceptum & exsilatum. Tertium a penitentibus reputatum honestum, & a Confessariis cognitum ut pravum. De primo infra, de secundo, & tertio in praesens.

III. Coniucumque professionis, & conditionis homines sua peculiaria crimina habent, quae non reputantur ab ipsis. Rulicci, coloni, agricolae, servi furta perpetrant, quae compenationis occultae titulo veliunt. Artifices opera sua vitiole construant, quod emptores lolvere iusta praetia nolint. Mercatores uofas faciant. Advocati fraudes, & dolos huius professionis iuratagemata vocant. Iudices ignorantiam sapientiam praedictam appellat. Matronae vanitatem, pompas, luxum, & nodritatem pluriquam pasantiam, ut honestum patriam morem, defendunt. Nobiles prodigantiam, inuocant, quae ut continentur, ingentia debita sepe contrahunt, & quando intentionem eadem lolvendi habent, nullam sibi scrupulum movent. Haec bona & pia intentio illis lat est, nihil curantes quod mercenarii legant, quod artifices blaspheum, quod mercatores decoloris evadant. Quid de invidia, de odio, de similitate dicam; quae quo latius grassantur, eo minus cognoscuntur? Quid de superbia, omnium malorum initio? Quid de ambitione? Quid de ceteris criminibus? quae quo sunt a corpore remotiora, eo difficilius cognoscuntur. De his aut vix se acculant Christiani, aut ita perfensorie, ut nullum verum dolorem de iudicio concipiant. Quid de ipsis periosis Deo consecratis dicam? Moniales limoniae Icelus, quod perpetrant, dum a paucis ad habitum Religionis admittendis doctem, & vidualium exigunt, salio ut pu-

rimum titulo paupertatis Monasterii incurant, & quo ditiora sunt Monasteria, eo maiorem requirunt dotem, vitalium opulentias, & profusiores expensas, ut paupertatis praetextu speciosior sit. Viri claustrales, & viri Theologi, tum mollioris, tum severioris Ethices, suam habent Theologiam, qua sancta constituunt quae sibi videntur commoda. Adificiorum magnificentiam, & amplitudinem, pecuniarum accumulacionem, aut dissipacionem, disciplinae relaxationem, delictorum dissimulationem, & cetera quae praeterea, temporum mores nominant. Denique cepit licitum esse quod publice agitur; & coniucumque cecus criminum larvam consuetudinis induerunt, quae non modo licita, sed ita sancta apparet, ut quicumque eam reprehendere tentaverint, maledicta contra se provocent; sicut testatur Augustinus *serm. cxviii. de verb. Evangel. Luc. vii. de trib. mor. ubi haec habet: Qui faciendo quod malum est, etiam consuetudine se implicat, ut ipsa consuetudo non eos sinit videre quod malum est, sunt defensores malorum factorum suorum, inscienter cum reprehendantur. . . . ut iam rogatus sit iustitia, & prohibitor potius reprehendatur quam factor.*

IV. Hi omnes sacramenta & penitentia, & Eucharistia tranquilla conscientia frequentant, nullamque sibi scrupulum movent neque penitentiam, neque Confessariis; & cum conscientiam peccati mortalis se habere non arbitrantur, laeute commisiones frequentant. Si Confessariorum aliquis peccatum in enarratis moribus, & consuetudinibus reprehendat, & difficultatem ingerat penitentibus; hi respondent, se tuta conscientia haec peragere, rationeque probabiles sibi favore. Tum si Confessarius sit Probabilior, delibet huiusmodi esse lequi opinione docti, & probi penitentis: si sit Probabilioris, nolite peragere penitentibus abolvere; hi ad eum Confessarios alios, a quibus facillime abolvuntur, qui sacrilegie communicant ob peccata vincibilis, & culpabilis inonorantia.

V. Peccata manifesta, & ut talia cognita, qualia sunt adulteria, fornicaciones, pollutiones voluntariae, sodomia, furta, ebrietates, peruria, blasphemiae nunc in examen veniant. Christianorum nemo, horum criminum conficiens, ad Eucharistiam accedere audeat, quin confessionem praemittat, illorum funesta deceptio, & hallucinatio est, quod exilium te continuo ac confelli sunt, Eucharistia dignos. Vulgarum vestigia, ha-

gitorum fœtor adhuc olet. & ad regiam divinum mensam accedere, non reformidant. Verum hec parum est. Ipsa scelera non soluta, sed ligata in anima post confessionem remanent in his qui post sacramenta in similia flagitia illico, aut paululum post relabuntur. Per confessionem sacramentalem peccata deleri certum est, postea necessaria dispositione ex parte penitentis. Verum utrum reipia peccata hæc delectantur, non aliunde nos cognoscere possumus quam ex effectibus, qui subsensus cadunt. Porro quis dixerit Christianum humilem, & non superbum, si data occasione passim le superbum prodit? Quis affirmaverit Christianum pudicum & castum, si passim opportunitate oblata luxuriosum se manifestat? Idemque dicito de ceteris flagitiis. Ex centum hominum millibus, qui ante pascha erant luxuriosi, vindictores, prodigi, ambitiosi, avari, quot sunt post communionem paschaem qui revera castos, inimicorum veros amatores, divitiarum iustos administratores, humiles, modestos le prodant? Nonne publica experientia constat hos esse paucissimos?

VI. Porro, ut argumenti efficacitas luculentior appareat, advertatorum rationes in medium prodeant. Extollunt ipsi nobilium vim & efficaciam Eucharistiae ad concupiscentiam frenandam, ad roborandam infirmitatem nostram, ad confirmandas vires, ad præservandam a relapsu, ad augendam caritatem, & diminuendam cupiditatem, & ad perseverandum in gratia. Ipse Scripturæ sanctæ effectus istos Eucharistiam tribuunt. Omnis quippe qui digne Eucharistiam suscipit, iustus est. Porro iustus (inquit David Psal. 1.) *est tamquam lignum quod plantatum est juxta decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Et contrario latius lubidit: Non sic impius, non sic: sed tamquam pulvis, quod proficit ventus a facie terræ.* Evangelista Matthæus cap. VII. assimilat iustum viro sapienti qui edificavit domum suam supra petram: & descendit pluvia, & venerunt flamma, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fluctus humanarum vicissitudinum, venti tentationum non diruunt interiore anime iustæ domum. Peccatorem assimilat ibidem Evangelista viro stulto, qui edificavit domum suam super arenam: & descendit pluvia, venerunt flamma, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit &c.

VII. Quæ omnia evidenter confirmantur. Omnes iusti, digne communicantes, carita-

tis, & gratiæ augmentum recipiunt, ut alias dictum est. Caritatis autem amor dominatur in cupiditatem, in amorem proprium, in ceteraque appetitiones; quia augmentum caritatis infert diminutionem cupiditatis. Cum ergo Christianos communicantes videamus, post paucos dies in lutulentissimum luxuriam conum relabi, & volutari tentationum ventis, ac veluti pulverem prociati a facie Dei, cum illos videamus iracundos, & crapulones, avaros, loquaces, potiores, vanos, lupulosque: quæ vel levi probabilitate adfirmari potest, digne istos Eucharistiam suscipiunt? Cur, quæso, adversarii tanta eloquentia ubertate inculcare fludent frequentem communionem omnibus indiscriminatim fidelibus gratia ornatis? Quia hæc remedium efficacius, antidotum validissimum contra omnes tentationes. Ergo quoties recentissimos effectus non producit, caret remedium vi & efficacitate sua propter obicem quem ostendit in communicantibus. *Dic mihi* (clamat Ludovicus Granatenis tract. 111. mem. vi. Christi.) *Si quis gravi morbo laborans potorem sibi a medico præscriptam ebibens nihil melius haberet, sed idem febris aror incendere, idem ciborum fastidium, eadem sitis, eadem corporis debilitas illum premeret: quis huiusmodi potorem salutarem illi fuisse crederet, cum nihil de morbi molestiis immutavit? Cum igitur sacramentalis communicatio anime sanitatem confirmet, & narratos effectus naturæ suæ edat, si nihil horum elicit, si idem rerum spiritualium fastidium in anima remaneat, eadem rerum terrenarum sitis, atque cupido, idem libidinum ardor, idem avaritæ, atque ambitionis ardor, idem ad omnia virtutum officia infirmitas, eadem ad omnia virtutum officia infirmitas, atque inbecillitas: quæ, quæso, conclusura, vel iudicio colligere poterò, spirituales hæc medicinas tibi prodesse?*

VIII. Non mox latet, statum hominis victoris mutationi obnoxium esse, & concupiscentiam in iustis ipsis pugnare adversus spiritum, atque nunquam eam assequi immobilitatem quæ paucis in gratia confirmatis singulari privilegio est. Verumtamen quod communicantes hoc divino patere, qui parvis fortis est, passim in eadem læpius relabuntur flagitia; quod eadem experiantur agilitates, & vix unquam convalescant; quod frequentius vincantur quam vincant; argumentum est eos haudquaquam Eucharistiae fructum percipisse. Quod hodie his amicis Dei sinceris, constans, & fidelissimæque amicitiae thronum cordis tui occupet, & post paucos dies ad primam occasum

nem Deum a corde tuo repellas, & sedes cum diabolo & mundo inæas, paradoxa sunt mandata. Concedo, iustos ipsos posse interdum, ingruente aliqua vehementi tentatione, aut occasione, non libere quæsit, sed fortuito occurrente, infirmitati suæ succumbere, & in flagitium etiam gravissimum prolabi. Quare lemper cum timore & tremore vigilantium, certandumque est pro gratiæ thesauris custodiendo. At quod passim hæc eveniant; quod to appetitiones tuas, quæ rebellionem continenter machinantur, demulceas; quod libere mundi delicias, oblectamenta, & rebellantia pericula adeas; quod declinare diaboli præstigia respicias, & fordidæ anxie perquiras; quod otio, inertia, & somnolentia distillas; & anime tuæ agilitates vix sentias, & simul divina fruaris amicitia; sunt paradoxa mandata. Nam cum dicimus, vi bonis non frangit fitem, iustus iudex non est peritorum acceptor, mercator honestus non facit fraudes, maritus fidelis non violat thalamum, probus Religiosus abstinet a choreis &c. quinam est harum propositionum sensus? Communis & vulgaris est, quod aut nunquam, aut raro, & difficulter eiusmodi homines perperant indicata crimina. Communicantes aut sunt proci, casti, iusti, & sinceri Dei amici; aut secus. Si secundum: ergo sacrilegi, hypocrite. Si primum: ergo raro, & difficulter Dei amicitiam violant. Experientia oppositum ostendit. Ergo pauci sunt qui digne & sancte communicant. Suadendum itaque omnibus est ut aptos ad communionem le reddant; sed illi tantum admodum qui reipia esse eorum operibus digni conculantur.

IX. Labor pauca perstringere ex his quæ per celeberrimæ P. Emerici de Bonis Societatis Iesu Theologus habet in tract. de sacram. altar. latine redidit a P. Contensonio. Daos periculosos abdit, inquit, in frequenti communione, qui utramque eorum tollant, inventio. Primum est quorundam hominum qui passim luxuriæ specibus se contrahant, & nihilominus frequenter sanctissimo Christi corpore palcentur. Sancti illi qui est raro patiant, his tamen diebus quibus contulerunt, ad sacram mensam accedere, quamvis de antecedenti peccaverint, non reformidant. Illorum abusus, errorque maximus est, quod non satis cogitant quam infame, & turpe vitium carnis illius virginæ humanitatis sanctissimæ, divinitatis augustissimæ, quam hoc sacramento suscipimus, munditæ, atque puritatis adverteat: cuius si vere dignitatem, & excellentiam perno-

scerent, aut in viam redirent, aut mutarent mores, aut nunquam tremendum sacramentum lumere auderent. Et tamen sunt homines adeo audaces, & perfrictæ frontis, ut læpe sine ulla vite emendatione carne Christi veluti nihil horreat: quos si Confessarius a communione, ut decet, submoveat velit, irascuntur; nec verentur cum illo contendere, casuati alios esse Confessarios contra sentientes, & ad facram synaxim accedere permittentes.

Ego, etsi nemini legem præscribere velim, non mihi videor pravæ sentire, si tales homines ad facram synaxim male præparatos potum: cum ipsi tam cito, tamque frequenter ad suas impuras libidines redeant; timendumque valde esse ne indignæ communionis, & infandi sacrilegi periculo se exponant: quia crebri in eisdem culpas relapsi debentur præparationem desesse testantur. Nam si nullum adversus vim & efficaciam sacramenti obicem ponerent, effectus eius proculdubio lequerentur; quorum unus est ut eos qui digne sumunt, castos faciat: quoniam multum cupiditatem minuit, quæ licet facta & coercita facile vinci superarique potest. Quod nunc in multis cernitur, qui cum ante luxuria vitio dedictissimi essent, postea celesti cibo sepe refecti, calitates colere. Qui si pravam in meliorem vitam mutantur, quidni illi quoque idem possint? Sed vultis scire quid sit, quare non faciunt? Nolunt. Quapropter arceudi a communione sunt. Unde quiescens quædam, panem gloriam dati canibus, & margaritas præbuit ante porcos: quod a Christo Domino prohibetur.

Quamobrem Confessarii & Directores diligentius attendere sibi debent, ne iudiciorum Dei experiantur acerbitatem, qui dispensati tant præfiosi thesauri accuratam ab eis rationem posset. Ipsi licum reputent, ob indulgentiam illam & nimiam facilitatem indignos ad comuniam committentes, multos ea duntaxat, &que animi impore erga res divinas obligant, ut ne quidem statum illius miserentur, in quo torpent, scilicet habent salutare. Quo fit, ut cum prius venerabundi ad augustissimam sacramentum accederent, iam id absque timore, veneratione, & pietate suscipiant. Quod inde manifestissime patet, quia nonnunquam eodem die (horrendum dictu, & Angelis ipsi detestabile) ad suas fortis revertuntur. De his quoque idem sentio qui postero, tertio, aut quarto die ex quo Eucharistiam sumplerunt, idem quod antea, peccant; aut qui pridie, nudius tertius; aut quartus ante peccaverunt; ita

ita ut vix a noxa uno die, biduo, vel triduo per hebdomadamque abstinere, qui tamen die dominicam ad sacram synaxim admitti flagrant. Quod dicunt, alios Confessarios esse qui eos sic affectos a communione non arceant; fat erit respondere, nolle mihi Deo talium Confessariorum agendi rationem esse prestantam.

Non equidem ignoro, fuisse preteritis seculis, & etiamnum esse viros & pios, & doctissimos, qui utile sepe esse, & aliquando necessarium censent, talibus absolutionem denegare, hoc fratri, quod vere contritionis, ne quidem attritionis, sine qua nemo absolvi potest, & abolvere sacrilegium est, signa nulla ostendant; qui etiam sancta resurrectionis tempore eos qui ante paucos dies crimen aliquod admiserint, a communione suspendunt, continentiam aliquandiu ante servare iubentes quam tremenda adire mysteria sinantur; tam crebris, tam facilibus relapsibus, merito suspicionem ingerentibus Confessario, deesse illis veram attritionem, sine qua non solum possunt, sed etiam debent suorum peccatorum vinculis obstrictos remittere. Utilissimum ergo remedium est, & frequenti experientia confirmatum, ut in aliquo tempore iis hominibus absolutio differatur, quo visu, cultuque alperiori, antequam ad communionem accedant, se preparent. Est enim qui postquam innumera crimina, & horrenda scelera Sacerdoti patefecit, perendino, aut tercio die carne, & sanguine Christi refecti non timet. Quod sane non est permitendum: quoniam qui habitum peccandi contraxit, nonnulli magno nilo respiciere, magnaque animi contentione excitare in se lasciviorum peccatorum dolorem valet.

Quomodo abhorrensque non unico actu desitit, nec vas aliquo retro liquore imbutum, si semel frigida aqua abluatur, odorem amittit; sed opus est ut diu in cinere & hixivo ferveat: eadem quoque agendi ratione erga illos omnes utendum est qui tam sepe ad sua peccata recurrunt. Subest post exposita flagitia, penarum, & laborum genera, quibus lentiant, doleant, & detestentur preterita culpa; quod quia ab illis non exigitur, cito suum vomitum reorbet.

Multi Confessarii pii prudentesque testantur, innumeros homines qui peccatis prius obstricti erant, quod eam rationem tenuissent, dilatataque absolutione lapsus ad tribunal, ut animi statum identidem aperirent, illis redire iussissent, imposita interim delictorum pena, pristinos mores in melius mutasse, &

magno gaudio, magnoque deinceps in virtutum progressu, infandam peccati consuetudinem abiecit. Durum plane, & grave primo illi videbitur, toties sine absolutione, & peculiaribus penis operatos remitti. Veram multi postea severitatis illius fructum, & utilitatem experti, gaudentes, & ut de se optime meritis gratulantes redire, futurumque latentes fuisse, nisi huiusmodi austeritate fuissent cohibiti, laudabilem viram ut numquam indituerunt. Magno dolore proculdubio, dum chirurgus tumorem pungit, agrotus afficitur; sed sanatus gratias agit, mercedemque pro beneficio rependit. Si Confessarii maiorem severitatem adhiberent, multo maiori frequentiorque pravorum hominum emendatio consequeretur. Non isdem semper criminibus obnoxios homines cerneremus, neque subinde, ut faciunt, Confessarios mutarent, ut tandem aliquem inveniant mollem facilemque, qui leves imponat penas, qui sinat, quoties libuerit, etiam moribus non mutatis, ad eucharisticam mensam accedere: quem deinde inventum, tamquam peritissimum, predicant. Ceteros, qui perveriorum morum, inlicitiorumque mutationem exigunt, tamquam incommodos, scrupulosos, humaneque fragilitati nimium duos, reproband. Sed miseri illi animarum rectores non cernunt, praves homines in vitis suis propter suam indulgentiam detinere, atque in pristina peccata relabi. Medicus qui, ne molestus sit agrotis, vulnus gangrena vitari sinit, quod, si validum unguentum, inenem etiam, aut scarpellum mature adhibuerit, lanari poterat, non misericors, sed crudelis haberi debet. Ipsi enim tam multo peccatorum reus ob nimiam Confessariorum lenitatem & indulgentiam accidit. Offeret se aliquis cuius ad expandas noxas multus diebus ieiunia, & cilicia essent imponenda. Hinc semel Rolatii preces, aut septem pentitentiae Psalmi recitandi imponitur. Et quoniam illa poena non sunt molestae, fit ut illi se cito suis criminibus inquant. Quod si illi Confessarii rationem Deo de illis hominibus sibi reddendam esse etiam utique apud se cogitarent, multo impensius sibi protesto caverent. Oraculum tremendum S. Thomae de Villanova serio ponderandum Confessariis exhibeo. *Quid Ecclesiam Dei hodie perdit, nisi Confessariorum blandiens adulatio, delinens demulcensque assentatio.* FER. VI. DOM.

III. Quadrag.

§. VI.

§. VI.

Nonnulla confessoria pro Confessariis. Quando concedere, aut denegare communionem debeant.

I. C Onsequitur ex haecenus dictis, inquit nonnulli, dissuadendos esse laicos fideles a frequenti & quotidiana communione. Sed basilice hallucinantur. Confessorium legitimum hoc est, videlicet arcendus a communione indignos; omneque hortandus, ut morum castimonia, vitae puritate, & operum sanctitate se dignos reddat ad frequentem communionem. Nulla professio, nulla ars, conditio nulla, nullus status impedit quominus Christiani valeant hoc augustissimum sacramentum frequentare. Negotia, occupationes, ministeria honesta, & humane societatis utilia, si ob finem rectum peragantur, & ad Dei gloriam ordinentur, locum meditationis & preparationis ad Eucharistiam obtinere possunt. Sacerdotes, Pastores, Episcopi, Missionarii qui sine intermissione pauperum curas, & sine intermissione dirimendis, componendis, qui calidius conscientie solvendis, rudibus imbuendis, concionibus parandis, confessionibus audientis operam navant, continent orant, & meditantur: quia, inquit Augustinus, qui recte novit vivere, recte orare didicit. Artifices & operarii omnes qui in sudore vultus pane vescuntur, & officia sua implent, ut Deum, qui in tali statione illos collocavit, glorificent, orant, opere, in minus ore. Mercatores, iudices & cunctique status homines, si suae vocationis munera exequantur; uxoria, si castae, sobriae, sanctaeque matrimonium exerceant, proeundae libolis gratia, filios imbuant in lege sancta, patienter molestias, & opera gravissima sustineant, ut Deum glorificent, le ad sacramenta disponant. Non ergo Magistratus officia, non familiae negotia, non artium exercitia impedimento sunt Eucharistiae frequentandae; dummodo animo agantur. Contra qui nullis, aut levibus occupationibus distrahunt, dies & hebdomadas voluptatibus, ambitioni, mollitiei, otio, ludis devotum, Eucharistiae percipiendae idonei minime reputandi sunt; tamen die dominico paucas horas impendant in aliquibus precationibus recitandis, & devotis libellis lectandis, quae parum, aut nihil incommodat. Quoniam digna ad Eucharistiam preparatio non tam ex quibusdam precibus, &

meditationibus, quam ex morum probitate, ex vitae sanctitate, ex professionis propria observantia, ex virtutum exercitio consistit. Status, & professionis peritorum peculiaris ratio habenda est.

II. Regula tuta & vera, quam servare debent Confessarii in concedenda, aut neganda communione, haec est. Si certo deprehendatur, Eucharistiam suam parere in communicantibus effectus, tum communio permittitur; & quo maior est communicantium profectus, eo sit frequentior communicatio. Accedit peccator omni ex parte fauciatus, & factus: vulnera sua patefacit corde sincero & contrito. Infunde vinum & oleum, & si oportuerit, acetum, quo eadem carnes congruis penitentiae operibus, & virtutum exercitiis plus minusve iuxta aegroti statum, & contritionis fervorem. Purgatum a vitiorum lordibus, sanatumque penitentiae remedio, congruo tempore pane fortium cor illius confirmat. Deprehendit illum hoc divino Alimento pasum, signatum, robustumque? Deprehendit odio habere luxuriam, illecebras, & mundi voluptates, quas prius deperdit? Tum frequentius ad sacramentum admittit. Et quo ipse alacris viam mandatorum Dei currit, eo ta frequentius ipsum Eucharistia refect. Relabitur? Vide nam relapsus sit fortuitus, & solus infirmitatis abortus: & tum, purgatione praesens, denovo ipsum ad vino cibo inlatura. Serio animadvertere, nunc studio diligenti declinet antiqua peccandi decipula, occasiones, & pericula, malierum nempe conversationem, colloquia, ludos, theatra, comedias, convivia. Si affligere sensus, & concupiscentiam studeat, tum liberalis & misericors esto. Si anceps sis, num ad mensam sanctam admittere eundem debeas, una & altera vice dives in misericordia esto. Si contra certo intelligis, illum eadem ac prius persequi oblectamenta, eadem occasiones, eadem pericula, & in crimina relabi; ab altari illum arce: quia tum certo cognoscis, frustranem esse medicamentum, inutile pharmacum. A quorundam Confessariorum enormi deceptione cave, qui dicere solent: Pauciora nunc crimina quam antea perpetravit penitentes mei: idcirco eos absolvo, & communico; cum videam sacramenta aliquod operari. Quam imperitiam penitentes ipsi deprehendentes, aliquot diebus a peccatis abstinere, abruptum commercia, & occasiones, ut absolutionem, & communionem furent. Vita tenorem, confessionis sinceritatem, constantiam, & sanitatis statum serio expendit. Quod peccata plura aut pau-

cio-

ciora sint, non tollit quin facta conventio communitur sit. Memento quod supra dictum est, virum incertum raro aut nunquam mentiri, virum incertum raro aut nunquam fraudem fecisse. Quod de communionem dico, de abolitione impertinentia dicendum est.

III. Christianos Dei amore flagrantem, seculari contemptorem, qui habent uxores, tamquam non habentes, qui uruntur hoc mundo, tamquam non urantur, ad lacrum epulorum frequenter admittit. Noli curare pravorum hominum murmura, & dictaria; qui, eorum ipsi pravi sint, & iniqui, invidia odioque ardent, quod pii fideles velte nuptialia induri ad regium convivium accedant. Contra hanc christianae religionis pestem invelitur magnus Ludovicus Granatenfis conc. iv. n. 3. de sac. corp. Christi his verbis. Sunt autem alii longe deteriores, qui non contenti fœcordia sua, pios homines, & ad huius divini sacramenti medicum frequentius confugiunt, fœcordia sua participes efficiere nituntur, dum eos malignis verbis ac detractionibus ab hoc pio, & salutari itinere revocant. Quorum, inquam, toties confiteri? Toties sacramentum huius Eucharistiae sœmere? Toties templum frequentare? Cum tatis esse duxerit Ecclesia, semel quotannis confiteri? Indignum esse dicant, tam familiari confidentia viles officios, & homunciones ad hæc tremenda mysteria accedere. Quæ cum dicant, non eo animo dicunt, quod divina maiestatis contumeliam dolenter ferant; sed quod piorum religio illorum impietatum magis conspicuas reddat. Ut enim D. Gregorius ait, eos pravorum est invidere aliis virtutis bonum, quod ipsi habere non appetunt. Tales autem proditoris Iudæ exemplum imitari mihi videntur, qui indigne tulit unguentum Mariæ supra pedes Domini effundi, cum trecentis venie denariis potuisset, & dari pauperibus. Hoc autem dicebat, ut Ioannes ait, non quod ipse domini sanguinis proditor ulla egeorum cura tangetur; sed quia fur erat, & loculos habens, quidquid poterat, surripiebat. Sic igitur hos nulla honoris divini, sed sui tantum nominis, & opinionis cura remordet, qui alienæ religionis comparatione, & virtutis exemplo iniuriis sibi irrogari putant. Itaque, dum hæc dicant, non Dei, sed sui Dei prætextu causam suam agunt, sibi consulant, & suum dedecus aliorum oburgatione tegere conantur. Quæritur denum operam, fratres, ne hanc quotidianam panem, quem quotidie a Domino postulamus, nos fœcordia nostra appium faciamus.

IV. Quid mirum, si Christianorum communitas maiori ex parte languida, atque fœtidissimis ulceribus undiqueverum fœceat; cum ab hoc pane quotidiano ita absterneat, ut vix illum semel in anno manducat, coactè magis quam sponte, ne ab Ecclesiæ conserio rescindatur? O miseram temporum conditionem! exclamat ibidem Granatenfis. O mirandam rerum commutationem! Summum hæresis crimen, quod hodie extremo plectitur supplicio, Ecclesia olim exercebat huius celestis panis interdico. Siquidem Innocentius Papa Arcadium Imperatorem, & Eudoxiam Augustam, quod per iunium seclum Ioannem Chrylolum exilio damnaissent, hoc postimum vulpine ferendos curavit; ut Nicephorus Lito, XIII. eccl. hist. narrat: Ego (inquit Pontifex) minus & peccator, cui Ieronimus magis apostoli Petri exheratus est, sœgrego & relicto te, & illum (Eudoxiam) a receptione immaculatum mysterium Christi Dei nostri. Hoc igitur supplicium fœdeles olim mortis instar esse indicabant. Nunc autem eo res nostre deventuræ, ut ipsi fœdeles se sponte sua hoc tanto supplicio puniant. Responunt enim hunc Angelorum panem, ut porcorum sicuti vescantur. Peccatores itaque hortandi, urgendique sunt, ut mundo contempto, vitisque relictis, ad frequentiam communionis se preparent.

V. Aliud consœlarium est contra recentiorum opinionem, in quantum: Communio quotidiana omnium existentium in gratia esse de iure divino: quæ opinio indicatur in decreto supra adducto num. 1. Deinde num. 9. hæc habentur, Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant afferentes, communionem quotidianam esse de iure divino. Quæ verba aperte improbant recentiam opinionem. Nam si sensus eiusdem est, quotidianam communionem iure divino præceptam esse, Christianis ministrandam; ut falsus & erroneus ab omnibus improbat. Si vero opinio præfata significare intendit, omnes gratia divina præditos ex iure divino aptitudinem habere ad quotidianam communionem; similiter falsa est. Nam fœdeles ius non habent ad hoc sacramentum inficiendum, nisi ex directione & consilio Ecclesiæ; seu superiorum, & Consœlariorum. Plures autem gratia ornatu ipsi non sunt ad quotidianam communionem ob defectum fervoris, & dispositionis peculiari, quæ requiritur, ut iam dictum est.

VI. Opponent Concilium Tridentinum sess. XIII. cap. vii. ubi hæc habentur. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem

nem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati moralis, quantumvis sibi convitus videatur, absque præmissa confessione sacramentali ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Hæc colligit, ex Tridentino facta esse statum gratie ad frequentem & quotidianam communionem. Sed surripit decipiuntur. Nam Concilium verbis laudatis solum vetat ne quis conscius peccati moralis accedat ad communionem, nisi præmittat confessionem. Quod autem hæc confessio iustitiam, nullo modo, vel indirecte, indicat Tridentinum. Aliud enim est confessionem esse necessariam; aliud esse sufficientem ad communionem frequentandam. Numquid ex Tridentino colligere licet, peccatores a gravissimi criminibus absolutos statim admittendos esse ad communionem? Communia hæc adeo vana sunt, ut nec ipsi adversarii eadem propugnare valeant.

S. VII.

De Sacerdotibus quotidie celebrantibus, qui vel tepidi sunt, vel in fugitia prolabuntur.

I. T Remit manus, & artubus totis contremisco, causam gravissimam oraturus, quæ non minus me quam alios spectat. Quamobrem nemo adducit in suspicionem iure potest, me æquo severius doctrinam de Sacerdotibus quotidie celebrante exagerraturum. Quin vereor ipse ne imbecillitatis, & peccatorum meorum conscientiam, benigne quam par sit, hoc de argumento verba facturus sim. Quoniam in calo duplîter reus forem, & quod veritatem proderem, & quod excusarem exaltationem in peccatis. Implorandum propterea divinum auxilium, quo adiutus ea scribere valeam quæ & me, & alios ad devotiorum, ferventiorumque quotidianam incrementi Sacrificii oblationem excitent, stimulent, urgeantque.

II. Et principio, altioris perfectionis, subtiliorisque virtutis est quotidie celebrare quam quotidie communicare. Qui celebrat, perficit sacramentum, panem & vinum consecrando; deinde communicat, utramque speciem sumendo. Quid quod Sacramento Ordinis initiati Sacerdotes sunt, & peculiari vocationis gratia ad tam excelsum ministerium sanctificati orati, ad frequentem communionem non admittantur, nisi devotio, & fervor in ipsis deprehendatur; si quotidiana communione digni minime iudican-

tur, nisi morum castimonia, & virtutum exercitatione splendant; nisi venialia pro vitibus cavere, & evangelicè inhare perfectioni studeant, nisi singulari desiderio divini cibi suscipiendi affluat, nisi caritatis ardore flagrent; si, inquam, hæc omnia omnes docti probeque Theologi, Sanctorum scientia illustrati, in laicis pro quotidiana communione requirunt; quo amabo te, virtutum apparatus fulgeat oportet Sacerdotes Domini, quotidie ad altare Dei sacrificium immolari accedentes? Quæ corporis primum mobilitas, quæ sensuum custodia, quæ veritium a sacris canonibus quoad formam, colorem, & longitudinem præscripturam diligens observantia? Quænam in incessu gravitas, quodnam silentii studium, quænam totius corporis mundities & nitor? Dignos ne reputabis quotidiana celebratione illos cincinnatos, incrispatis, comptulos, barbattulos, vanis mulierculis vaniores, & ambitiosiores, qui vestibus vix a laicis distinctis ad sacrificium accedentes, ibidem velles tales iaduant, ac si in scenam prodituri personam agere deberent? An sola externa hæc forma indignos illos non patefacit quotidiana celebratione? Sed ad illos transeamus qui exterioribus corporis ornatu, & legibus, & sacrorum Ordinum constitutionibus præfcriptum, servantes, animi infirmitate laborant. Digni ne quotidiana celebratione Sacerdotes illi sunt qui non modo speciali fervore caritatis non assunt, nec virtutum splendore emicant; sed neque vicare vel ipsa ministeria, & graviora venalia curant? Digni ne quotidiana celebratione Religiosi Sacerdotes, qui regulari perfectioni incumbere non fatigunt; qui Ordinis constitutiones violare pro nihilo ducunt; qui otio dissulant, qui pascendo curiositati indulgent, qui gule satisfacere student, qui, si lapsus minus lapide, non audire opponitur, murmurant, excandescunt, turbantur? Hi ne eo caritatis igne flagrant, & illo devotionis fervore ardent quem omnes in laicis ipsis requirunt, ut quotidiana communione rescili digne valeant? Ubi, queso, in istis gratie quotidiane augmentum, quod natura sua sacramentum producit? Ubi fervoris & devotionis acutè vel leve vestigium? Post tot annorum quotidianam celebrationem, eadem fœcordia, loquacitas, fœrilitas, & curiositas eadem. Nullum in frenda gula, in cohibenda lingua, in compescenda ira, in moderandis passionibus studium; sed idem defectus, eadem ægritudines, idem morbi. Prima sacrificia maiori fervore, & devotio-

re preparatione forsitan celebrata fuerunt. Quænam ergo auctaram in dies gratiarum augmenta? An tanta gratiarum copia nullum extrinsecus promeret fructum? An caritas illa fervens & ardens nullam emitteret scintillam?

III. An exiguus tibi videtur profectus, quod nullum mortale crimen fit perpetratum? Equis istius abstinentie index? Nullum erit peccatum corporeum, & carnale, sensibus obivium. At quot forte peccata moralia superbia, invidia, odii, omissionis, & acedia? Qui non proficiunt in via Dei, retrogrediuntur: & difficillimum Patres reputant, illos qui venialia passim perpetrant, affectumque ad eadem non coercent, sed fovent, qui ad proprii status perfectionem anhelare negligunt, a mortalibus immunes esse. Quot sunt mortalia, ut supra diximus, velo honestatis obducta? An a mortalibus, & quidem gravissimis, immunes illos Sacerdotes, unaque Theologos re vel nomine, dixeris qui gravissimas controversias superba elatione inflati resolvunt, dirimunt, definitum iuxta prædicatas opiniones? In disputationem adducuntur negotia momentissima, unde pendet consecratoria gravissimum criminum, & malorum plenissima. Videtis Sacerdotes, quo indoctiores, eo audaciores, & pervicaciores in deliberando, & definiendo. Nullam ne periculum in istis mortaliter peccandi, & eo quidem gravius, quo graviora sunt negotia, & maiora damna que ex falsa resolutione proficiuntur? Heu nos miseri! Tum nos a mortali scelere innoxios esse credimus, dum in flagitia carnalia non prolabimur, a quibus ob solum externum respectum infamia vitandæ abstinentæ postsumus. Cætos vidimus Ethnicos, castas Vestales: at superbia vincendi, & dominandi inflatos. Saepe vitium visio tegimus, & plures appetitiones illi passioni obtemperare cogimus que in nobis dominantur. A dignitatibus, a gradibus imperandi excluduntur illi qui manifestis foribus fectent: idcirco ab his aliqui saepe ieiunant, ut intemperant ambitionis, & superbia appetitum expleant. Difficile enim est, spectata etiam solus mundi conditione, omnes passiones saturare. Quare una alteri intersit oportet. Ne multa. Sacerdotes quotidie celebrantes qui venialia evitare non student, indigni sunt quotidianis passionibus, & virtutibus colendis operam sedulam non impendunt, indigni sunt quotidiana celebratione; verendumque summopere est ne aliquis occultis vermibus morfu letali corrodat, & devoret interioris fan-

ditatis plantam, & callo obducto, anima gratie mortua sit, quin se mortuam sentiat. Longius producerem argumentum, si id instituti ratio iniret.

IV. Audio plures obstrictos. Religiosorum secularium, tum claustralium quotidie celebrare debent: neque interrumpere abique scandalo celebrationem possum. Quid hec? Propterea ne tepidi, indevoti, & languidi celebrare quotidie debent? Negant sapientes omnes. S. Bonaventura *Lib. II. de profectu Religiosorum cap. lxxvii.* hæc docet. *Circa Sacerdotes potest hæc forma teneri, ut nec nimis raro, nec semper, continue, & imprætermis se sacram hostiam studeant immolare. Nihil enim quotidie celebrare aliquis videtur notare irreverentiam: cum vix aliquis tantus devotus sit, quod semper eadem devotione revereat, quod semper illud cum debita reverentia faciat, & cordis ardore, quin aliquando teporat quantulumcumque.*

V. Insultant. Laici ad quotidianam communionem admittendi non sunt, quando fervorem, & devotionem singularem non præferunt, quia sunt persone private, & de sola illorum privata utilitate, & profectu spirituali agitur. At Sacerdotes sunt persone publicæ: sacrificant Christi nomine, & pro universa Ecclesia; non sibi tantum, sed universis fidelibus proiunt. Quomobrem Venerabilis Beda, S. Bonaventura, S. Antoninus, aliique communiter inquirunt: Sacerdotes non habentes impedimentum, si omitant celebrare, quoad ipsos attinet, privant Trinitatem gloria & laude, Angelos lætitia, peccatores veniam, iustos subsidio, & gratia, animas in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, & semetipsos medicina, ac remedio contra quotidiana peccata, & infirmitates. Vera hæc omnia sunt. Quænam legitima consequentia? Quod tepidi, & languidi, quod minus ferventes, & minus devoti quam laici quotidie communicantes, celebrare valeant? Vah putidum commentum! Hoc est legitimum consecrarium. Sacerdotes, ab hominum commercio segregati, & in sortem Domini vocati, a mundanis curis exempti, & veluti mediatores Deum inter & laicos delecti, ad offerenda quotidiana sacrificia, precibus, meditationibus, & virtutis studio continenter parati & dispositi ad divinam peragendum ministerium esse debent. Quo auctiori in gradu, & dignitate sunt constituti, eo maiori devotionis, & sanctitatis splendore fulgere altringuntur. Et quamvis sacrificium istud sanctissimum, pro communi

Ec-

Ecclesie oblatum, beneficium fidelibus conferat: non propterea expedit Sacerdotes tepidos, languidos, frigidulque illud quotidie offerre. Sed scandalum oritur, nisi quotidie celebrent. Ergo excruciant torporem & scordiam: ergo fervorem accendant, devotionem augeant, virtutes impensis colant, & vitia etiam levibus bellam indicant. Non eo ergo recidit oratio nostra, ut Sacerdotes a frequenti, & quotidiana celebratione abstinent: eo minus ut abstinent ad fovendam segnitiam, torporem, & scordiam. Numquam enim hoc licitum est. Sed eo pertinet quæ dixi, ut Sacerdotes qui liberi sunt, si aliquando deferere devotionem experiantur, celebrationem interrumpant, non ut negligentia & tepori indulgeant, sed in reverentia erga augustissimum sacramentum testimonium, & ut reverentiora virtutum studio se invecitæ consuetudinis celebrare altringunt, semper ob oculos habeant obligationem istam, semper recorderentur le ad quotidie offerendum Deo delectos esse; ut inde colligant quam reverentem in via mandatorum ambulare, quam vigiles in declinandis vitis, quam studiosi in virtutum cultu esse debeant. Deus, qui ad hunc illos vocavit statum, vocationis auxilia impertiet, nisi ipsi obtemperant.

§. VIII.

Sacerdotes in flagitia carnis relabentes; tametsi consecrantur, non sunt ad quotidianam celebrationem admittendi.

I. **D**isciplinam celebrandi primitivæ Ecclesie, & beate illius aurore ætatis in qua tot fere erant Sancti, quot celebrantes, non modo in hac sæculorum face relaxata non est, sed splendor viget, & frequentior. Immo si dixerò, neque primis Ecclesie sæculis tot fuisse privatas Missas, tot fuisse Sacerdotes, quot hæc ætate videmus, a veritate non aberravero. Eadem ne morum integritas? Eadem ne vitæ sanctimonia? Numquid minus efficacitatis nunc quam tunc divinum sacramentum? Unde ergo tanta morum diversitas? Unde? Disciplina quotidie celebrandi, & communicandi in dies augebatur, quia proventum parit. Disciplina peccandi in dies obsolevit, quia incommoda, & permolesta.

II. De impertienda absolute Sacerdotibus in gravia crimina, præsertim fornicationis, adulterii, pollutionis, sodomie, la-

pis, infra de poenitentia fusius dicam: in præsentia pauca obiter perstringam de celebratione istdem deneganda, contra laxissimas quorundam Casualitarum opiniones. Non est quod nunc referam poenas a præfatis canonicis constitutas adversus Sacerdotes fornicatores, adulteros, aliove crimine inquinatos: quoniam statim mollioribus Ethicis patroni responderent, antiquum iam diu esse talium poenarum usum. Verum licet extiterit poenarum severitas valde remissa sit, spiritus tandem discipline idem somno est; ut ex iplo Tridentino Concilio *sess. xxxi. cap. i.* colligitur.

III. Sacri canones septem anorum poenitentiam imponebant olim culibet laico fornicanti, ut refert S. Basilus *epif. can. 111. ad Amphiloc. cap. lxx.* his verbis. *Fornicator septem annis virtutum studio se abstinere, & duobus audiens, & duobus subsistens, & in uno consistens. Obstat autem anno ad communionem admittitur.* Si poenitentia adeo severa purganda laicos fornicatores erant; quæ Sacerdotibus celebrantibus necessaria poenitentia erit? *Si enim vix laico* (inquit S. Petrus Damianus de Euch.) *permittitur ut Ecclesiam cum aliis oratorum introeat, qualiter istis dabitur ut ad altare Domini pro aliis intercessurus accedat? Si ille, antequam tam prolixum poenitentiae spatium transigat, non merebitur audire; iste quomodo dignus erit sacra Missarum solemnia celebrare? Si ille, qui minus peccavit, ut puta per latum sæculi iter incedens, indignus esse celestis Eucharistia munus esse percipere; qualiter iste merbitur quo terribile mysterium pollutis manibus tractare?*

IV. Quæ in laicis levia, in Sacerdotibus gravia sunt, aiunt Patres omnes. Nihil fornicatione, sodomia, aliisque contra naturam motibus sceleribus vitibus atque fordidis. Quid ergo sanctitatis ordinis sacerdotialis, & maiestati adeo adversum? Tantum enim enormior iniquitas, quanto dignior ille est qui delinquit. Crescit malitia fornicatione a Sacerdote paratae ex voto castitatis, quo is Deo sacratu est. Vide quanta in uno crimine facinora. Quam turper ergo aberrant iuniores illi qui Sacerdotes post nefandissimum canis flagitia ad sacrificium missarum tractationem & celebrationem, & a lupanariis, quorum putorem adhuc olent, ad altaria tremenda, coactione peracta, immittunt? Sacerdos fornicator corpus pollutum; animam inquinat, mentem turpius & fordidarum cogitationum terra caliginis hebetat & obcurat, votum violat, ordinis maiesta-

tem

tem denigrat, atque ad sacrificandum indignum se omnino constituit. Peccatum fornicationis (inquit S. Thomas III. Part. quest. lxxx. art. 5. ad 2.) reddi inceptum hominem ad perceptionem huius sacramenti, inquantum scilicet per hoc peccatum spiritus maxime carnis subicitur; & ita impeditur devotio, & fervor dilectionis, qui requiritur ad hoc sacramentum. Si peccati laici, inquit Patres, salubri admonitione revocari possunt, Sacerdotes tanto diffidius admonitiones suscipiunt, quanto magis sibi blandiuntur, suum esse alios corrigere, non admodum ab aliis. Quare Matth. v. inquit: Vos estis sal terra. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & calculetur ab hominibus. Quae verba hunc produnt sensum, inquit S. Gregorius (vel alius Auctor) in cap. 111. Lib. I. Reg. Quasi dicat: quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo precipitavit qui ad intercedendum pro alio ordinatus est? Quo profecto culpae eorum magnitudo monstratur: quia PLE-RIQUE EORUM IN IMPOENITENTIS CORDIS CALIGINEM PROIICIUNTUR, ET NULLA HOMINIS EXHORTATIONE RESIPISCUNT.

V. Mundani homines, negotiis, & occupationibus distenti, a sacris alieni, Scripturarum expertes, dum oracula, & monita Scripturarum, dum pios sacrosque libros lectione, dum Sanctorum gesta, & damnationum supplicia audiunt, velut nova haec habent: idcirco timore corriguntur peccatorum, & ad gloriam Sanctorum alliciuntur, & inter timorem & amorem facile compuncti ad poenitentiam accurrunt. Sacerdotes autem quotidie sacra mysteria tractant. Quidquid tremendum formidandumque est in Scripturis, quotidie in Missa, & Breviario legunt. Idcirco omnia terribilia, quae ad frangendam familiaritatem, & emolliendam corda validiora sunt, familiaria habent. Nullum haec illis timorem incutunt; sed, corde indurato, caloque obdoto, efficatoria conversionis remedia inutilla ipsis evaleant. Nihil autem (inquit Chryostomus, sive Auctor oper. imperi. homil. vi.) impossibilis quam illum corrigere qui omnia scit, & tamen contemnit bonum, diligit malum. Omnia enim quae cumque sunt in Scripturis, propter quotidianam meditationem ante oculos eius invertebat, & vilia aestimantur. Nam quidquid illis terribile est, usu vilescit. Propterea Clerici, qui semper meditantur Scripturas, aut omnino servaturus est, & evit perfectus; aut si semel experitis illas contemere, numquam excitatur illis; ut ti-

meat. Quis aliquando vidit CLERICUM CITO POENITENTIAM AGENTEM? Sed estis deprehensus humiliaverit se, non ideo dolet, quia peccavit; sed confunditur, quia perdidit gloriam suam.

VI. At aures confusio clamore obduntur iuniores. Religiosi Sacerdotes vi insitunt, Parochi, ut populus Missam audiat in die festo, Capellani, Mansionarii, ut onus impleant Capellaniam, aut ut interserviant Dominis Missam audituris, celebrare coguntur: alioquin scandalum grave legeretur. Haec sunt hodierna sacrilegiorum vela, haec nova commenta, quibus a lupanariis, a pollutionum, & sodomiae latulentissimo ceno ad sacrosancta mysteria aliquorum accessus obtinentur, & incruentantur. An later Sacerdotes illos, obstrictos se esse ad celebrandum aut vi insituti, aut ut onus Parochi, & Capellani impleant? An later illos, scandalum ex omissione sacrificii orturum? Nihilolius blandientis mulierculae illecebris, & carnis reluctantis tentationibus deliberate consentire non reculant? Non Ordinis maiestas, non castitas solenni voto Deo dicata, aut dignitatis sacerdotali contenta; non reverentia erga augustissimum sacramentum; non denique scandalum quod ex omissione sacrificii praevident consecuturum, illos a ferdissimo cohibere flagitio valuit? Si adeo effrenata istorum libido fuit, ut infringere omnes illos fortissimos aggers, superare, & contumelare haec omnia validissima obtacula poterit; unde istorum instantaneam sperare conversionem licet? Christus Petrum, & ceteros discipulos monuit ut vigilarent, & orarent, ne tempore passionis sui tentationis succumberent. Neglecta oratione, re ipsa Petrus Christum negavit: & eo relicto, ceteri fugerunt, metu mortis subeunda perculsi. Si dicamus ieiuniis, ciliciis carnis impetus coercendos, vitanda proflus esse familiaria muliercularum alloquia, & conversationes, continentem vigilandum, & orandumque: novae benignioris Ethices fautores Rigoristas nos appellant, Tutoristas, & crudales. Disciplina quotidie privatim celebrandi adeo invaluit, ut, nemine etiam audiente, Missa recitetur; sicut Cardinalis Gaetano in 2. 2. q. clxxxviii. art. 7. inquit. Tot sunt Missae, quot auditores... Et culpa extenditur, dum hoc laudatur. Abit tamen ut ego improbam disciplinam quotidie privatim celebrandi. Viget floreatque disciplina illius sanctitas. Sed laseo alteram disciplinam poenitentiae necessaria, fere penitus in pluribus extinctam. Si olim Sacerdo-

tes ad tormentorum immanium confectum, & crudelissima moris timore pertretecti, tentationi succubissent, & furenti fessissimo tyranno tormento minante, aliquid libaminis degulissent, ut proprii corporis laniam & mortem declinarent; quamvis probatissima vita essent, pluribus lastris, ieiuniis, precibus, gemibus, ciliciis abolendum crimen erat. Temperata nunc est disciplinae severitas. Verum habet. At numquid poenitentia antiquata, & deleta? Sola ne confessione praemissa, carnalium flagitiorum fons Sacerdotes continuo celebrabunt? Numquid, inquit, si Sacerdotes aliqui integerimae vitae, optimeque morati, inopinato casu, alienante muliercula, non industria quaesita, sed sortito occurrente, & ad crimen provocante, lapsi in fornicationis, mollicie, adulterii crimen fuerint, & corde contriti atque lacrymabundi confiteantur, eos ab altari arceat? Mitius illos tractandos fateor; et non propterea ad altare hodie illos mitterem qui heri vel hac nocte peccaverunt. Cedo: si moratae & integre conscientie isti haecenus fuerint, & prima vice fornicati, aut polluti fuerint; quodnam turbationis edhos lapsorum animum exagitat, quae consilio mentem turbat, quae cordis & carnis consistitatio? Libidinis bitumen adhuc olet & foetet. Et Sacerdotes eiusmodi consilio, dissipati, & veluti in partes diacerati, dispositi, tranquilli, devoti, & digne ad celebrandum parati reputabuntur? Ardenter est post primam vicem libidinis zelus, calentior carnis puritatis, sordida phantasmata impertinentium mentem & cor vexant. Quare timendum est ne ante lapsum vitae integritas flecta fuerit & imaginaria; cum vix unquam uno salu a iustitia & sanctitate in extremum oppositum transitus fiat. Verum, ut summe benignitatis argumentum tibi praebam, annuere volo, tot occurrere circumstantias posse, ut Sacerdotem haec nocte in carnis crimen lapsum, mane ad altare mittere possis. Quid benignius postulare me vales?

VII. Quid, si lapsus primus non sit, neque secundus? Quid, si frequenter Sacerdotes in carnis peccata relabuntur? Illos ne continuo absolves, quia pectora tundunt, lacrymas fundunt, ipondente emendationem? Etiam Turcae, dum Mahometi Meschitas ingrediuntur, recordanturque Deum esse offendibile, lacrymantur, genuunt, veniam implorant, & a futuris culpis abstinere promittunt. Suspensenda ergo dubio procul absolutio istis est, & ab altari interdicendi.

Capit. Theol. Tom. VIII.

Sed ad Sacrificium veniunt, palmam continentur, interdum vultibus lacris parati, scandalosa obiectant, necessitatem celebrandi exegerant, expectari in Ecclesia a domine, vel domino Missam clamant. Quid inde? Sacrilegia ne facilligis tu ipsa ades? At si ego celebrationem prohibeo, & absoluteionem suspendo, plures alios Confessarios invenient qui absolvent, & celebrationem permittent. Verum habet. Et hoc ex tremendissima Deira proficiscitur. Hoc est terribile divinae iustitiae inspicium, quo Deus in cecitatis, & oblationis abyssum illos prolabi finit. Ut vero in tanta caliginis barathro tranquille foredelect, permittit Deus ut Prophetas falsos inveniant, & Confessarios palpones, fallaces, & adulator obvios habeant. Isti, clamat Cyprianus episc. lxxxviii. fallam misericordiam vocant blandam poenitentem, impietatem vocabulo pietatis colorant, qua contra Evangelii rigorem, contra Domini & Dei legem, temeritate quorundam laxatur incatus communicatio, irrita, & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Subdit, hoc esse lapsus quod grandis frugibus, quod armentis possibiles vastitas, quod navigis saeva tempestas. Solummodo aeternae spei adiumentum, arborem a radice subvertunt, navem scopulis, ne in portum perveniant, allidunt.

VIII. Scandala quae obtruduntur, crepitacula sunt peccatorum, & confecta demonom praestigia. Scandalum scelesti Sacerdotis non veretur, dum compulsi & cincinnati incedunt, dum publice muliercularum conventiculis intersunt, dum vanas velles contra sacrorum canonum praedicta induunt, dum ludis, comediis, lationibus, ceterique instantibus mundi oblectamentis dant operam, dum Missam ipsam mirorum more, praecipiti lingua, vanique gesticulationibus profanant, & non sacrificium sacrosanctum offerunt, sed scenicam representationem se agere perhibent. Haec continua, & publica scandalosa haudquaquam reformidant. Solum dum, postquam in ceno libidinis, veluti lues, volutari sunt, ad tremendum altare accedere audent, scandalosa obiectant. Non audiet populus, non audient domini & domine Missam in die festo, si Parochus, si Capellanus non celebrat? Neque audient fideles Missam, si Sacerdos ieiunus non esset. Porro, si Parocho non ieiunus non permittitur celebrare; tamen populus Missam non audiret; quanto minus permittenda esset celebratio Parocho, Capellano, Sacerdoti fornicario? Semper enim Ecclesia Dei plus horruit, Sacerdoti heri fornicantem, hodie absoluteionem impertienti,

Q

& altaris ministerium concedi, quam Sacerdoti non ieiuno. Siquidem Ecclesia universalis tum Græca, tum Latina Sacerdotes in fornicationem lapsos, notabili tempore ab altari per duodecim sæcula excoisit; nec unquam post unum aut alterum a fornicatione diem offerre sacrificium illis concessit. Disciplina vero ieiunii in variis Ecclesiis varietati obnoxia fuit. Scandali, quod obtruditur, chimæ multis modis aperiæ a populo potest, aut ieiunium naturale frangendo, aut indisciplinam, quæ ex variis proficisci causis potest, allegando. Si quorundam admiranda erit magis temeraria, quanto probatoris vitæ fuerit Sacerd. s., qui celebrare omittit. Verum, ut dixi alias, populus ex plurimum Sacerdotum, qui vitam Christiano, nedum Sacerdotum, minus dignam agunt, celebratione quotidiana leandulam potius præferunt, quam si moderate interumperent, non ut laxius habenas appetitionibus remitterent, sed ut fervorem, & devotionem operibus laboriosis, & virtutum officiis comparant, & populo ipsi sese devotos & ferventes Christi ministros ostenderent.

IX. Facile hæc Theologi in suo cubiculo scribunt, & desunt; ac si in tribunali penitentia sederent & ipsi, ac confessiones audirent, reique periculum facerent; tum consolerent, diversam esse theoriam scribendi rationem a præctica agendi consuetudine; intelligerent, tot esse circumstantias, quæ abolitionis, & Missæ suspensionem non permitterent. Hæc sunt noxi, verius dixerim paradoxæ, & sophismata, ignorantia evangelicæ doctrinæ, & ecclesiasticæ disciplinæ partæ. Quæ sic arguantur, quorundam Casuistarum commentis præventi, & communis corruptelæ abusus obducti, quæ committere ferri vident, licita repugnant. Dum in cubiculo scribimus, divinam legem, sanctorum regulas, Conciliorum canones, & nudam veritatem ob oculos habemus; non humanis respectibus capimur, non minuendæ penitentium frequentia timore, non libuendæ rigoribus notæ, non altarium mundi rationum lenocinio agitatur. Audiant vandi arguatores pauca Sanctorum dicta, Innocentius III. *Lib. IV. de mysteriis Missæ cap. XLII.* hæc habet. *Peccator debet potius eligere ut absintendo reddatur suspectus, quam ut communicando manducet indignus.* S. Thomas III. *Part. quæst. lxxxv. art. 6.* inquit: *Peccator tamen occultus potius debet eligere infamari, quam indignè ad mensam Domini accedere.* S. Ioannes Chryostomus *homil. 111. in Act. ait*

Non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures esse qui perant. S. Hieronymus *epist. ad Damasum* clamat: *Ecco mundus ubique fervet Sacerdotibus; & tamen tam sunt varissimi Sacerdotes boni, quod vix e centum bonus reperitur ieiunus.* Et tamen Chryostomi, & Hieronymi tempore paucissimi Sacerdotes erant, fœdæ artæ nostræ multitudine. Narrat Dionysius Cartusianus *Lib. III. de quatuor universis*, ex Petro Cluniacensi, pium Religiosum Anglum, spiritu rapum in purgatorium, cum miraretur, quod tam pauci Sacerdotes essent in purgatorii penis, respectu eorum qui ubique terrarum castimoniam poluunt; hoc ab Angelo accepisse responsum, quod ideo ibi paucissimi erant, quia vix aliqui talium veram habet contritionem; ideoque penes omnes huiusmodi æterniter damnantur. Si revera contriti essent, ipsi clamarent: *Exi a me, quia peccator sum Domine.* Ipsi se altari subducerent, & mediæ congrua poenitentia languoribus, & tentibus plagis suis curarent. Ipsa celebrandi anxietas argumentum est fœdæ contritionis. Christianus sincere contritus, & felicitatis æternæ amore incensus, omnia quæ mundi sunt, nihili facit, & concuteat. Confessoriorum facilitas abolvendi, & mittendi ad altaria Sacerdotes relapsos, incantivum relabendi desipientibus præbet. Et quia corruptela est universalis, ideo in errorum petrahit, si fieri potest, etiam probos. Mitiorem præsentis Ecclesiæ disciplinam laudo, & colo, sed perniciolam laxitatem improbo. Olim aut per totam vitam, aut per plura litura Sacerdotes fornicatores, adulteri, polluti abspinebant ab altari, ut non interruptis gemitibus contractas maculas eluerent. Temperator, blandior, mitior nunc sit disciplina. At vestigium saltem aliquod appareat. Cedo: aliquid ne vigoris amittit regula isthæc, *Sancta sanctis?* An tunc concupiscentia carnis minus effrenata; an libidinis furor minus impotens quam nunc? Tum severissima & diuturna poenitentia caro comprimebatur. Nunc invecita est nova medendi ratio: non amplius cilicis, ieiuniis, elemosinis, alii quæ medicinis a lacris canonicis præscriptis, carnis vulnera curantur; sed pauculis precationibus impolius, quæ aut nihil, aut parum incommodat, ad altaria mittuntur flagitiosi. Si Confessoriorum praxis obtineret suspendendi abolitionem, & ab altari accendi Sacerdotes relabentes in peccata carnis; si, inquam, vigeret disciplina isthæc, & Sacerdotibus menti hæretet; diligentiores

profecto illi essent in coerenda & perdo-manda concupiscentia, cautius declinaret mulierum familiare commercium, ferventiores in oratione essent. At vident miseri, passim Sacerdotes aboli, & relabi, & in perpetuo relapsam, & abolitionum circulo volitari, & quotidie celebrare. Huius festentis, & quaqueverum grassantis corruptelæ prestigis fascinati commone morem, tamenque pravissimum, imitantur, heitumque reputant quod publicum est. Tu ergo, Confessor, & divinorum mysteriorum dispensator, tibi cave, ne facilitate abolvendi alienorum facilegiorum particeps fias. At, nisi abolvantur, non præmissa confessione celebrabunt. Esto. Ipsi viderint. Pauciora tunc erant sacrilegia: & tu immunis eris a sacrilegiorum participatione. Tibi primum, postea aliis providendum est. At, nil essent contriti, contempta confessione ad altare accederent. *Palles.* Nemo scilicet damnavit. Removere conscientia aculeos damnavit, nolent synderis latratus, & foras illas intestinas experiri. Idcirco abolitionis emplastro oblinere fœdæ ulcera, & putidas plagas student. Non tibi rigorem, & austeritatem, sed veritatem laudeo. Cura tua eo tendere debet, ut agrorum sanetur. Si poenitentia compertum est, post tot abolitiones, post tot sacrificia, & vistorum cœno minime egressus esse; nullus remanet ambigendi locus, indignos illos esse tum abolitione, tum celebratione.

X. Si viri sancti, præsertim S. Franciscus Salesius, omnium animarum rectorum iustissimus, Christianos lætaliū vulnerum experies, & ab affectu venialium vacuos, octavo tantum die dignos communionem existimant; quis sibi perlaudeat, in numero Sacerdotum cœtu nullos esse affectu ad venialia irrectos? Quis in animum sibi inducet, ut credat, adeo universalem esse illam cordis puritatem, illam morum castimoniam, quam ad dignam quotidianam communionem requirunt Doctores insuperantibus sunt, non propterea digni quotidiana communione reputantur: quoadnam de recidivibus iudicium ferendum est? Illud autem summo opere animadvertendum quod alias indicavi, saltem de extremo ad extremum raro fieri. Vix unquam Sacerdotes a devota, & ferventi celebratione probantur in carnis flagitia. Sed paulatim feror tepescit, deservet devotio, languor succedit, & senim sine sensu cele-

brantes evadunt loquaces, gurruli, otiosi, murmuratores, impatientes, iracundi, gulosi, & tandem in lutum prolabantur libidinis. Dicam cum duobus præclarissimis Dominicane familie Theologis, Ioanne a S. Thoma in suo *Catech. part. 11. cap. XII.* & Vincentio Contensio *Lib. XI. part. 11. dist. 14. cap. 11.* Omnis regularis discipline relaxatio, & solutio ab indigna incurenti sacrificii celebratione, & a sacre communionis, quam sine preparatione Religiosi plures frequentant, abusu proficitur. Medicina quæ quotidie sumpta non sanat, sed infirmitatem auget, & perveria applicatione mortem inducit. Sol, qui ceram liquefacit, lapides indurat; & panis, qui sanum stomachum roborat, infirmum aggravat. Similiter tepiditas, & languiditas iterata celebratio, & repetita communionis teporem & languorem auget. Habenti enim devotionem maior datur, & abundat. Ab eo vero qui non habet, & quod habet, aufertur ab eo. Quare inagropere formidandum est Prælati illis Regularium, qui electi ad Dei verbum libidinis suis explicandum, fervoremque sermonibus suis accendendum, via de hæc ferventi, & devota preparatione verba faciunt. Quoniamdam constitutionum noscitur, & regulas quasdam exaggerant; & id unde aut sanctitas, aut relaxatio totius discipline manat, silentio prætereunt. Quæ non dico, quasi legum etiam minimarum transgressiones tolerare debeant, sed eo oratio pertinet, ut subditos suos ad dignam, devotam, & ferventem celebrationem Missarum fervidis aliquibus excitent: quia tum illis exactos disciplinæ observatores sperantur. Ob oculos efficaci sermone ponant, quæ maiorum, & flagitiorum tandem detrudant indevote, tepidæ, & minus dignæ celebrationes. Ostendant Scripturarum oraculis, & Sanctorum doctrina, heinc silentii violationem, frequentes & conventus egressus, chori aut minorem frequentiam, aut indevotam plalmodiam, heinc murmurationem, & impatientiam prodire. Current, & identidem ignitis eloquiis inflammare student, ut devoti, vigiles, ferventique ad altare tremendum accedant: & continuo libidinis suos spectabant in choro affiduos & modestos, in rectorio librios, & communibus ælis contentos, in propriis defungendis officiis sedulos & attentos; atque omnium legum, quoad humanam infirmitas patitur, vigilantissimos custodes.